 esse Spartanos: fines autē Spartanæ di-  
 tioniis, esse lancearū cuspides: sentiens  
 ciuitatem non egere mœnibus, quā in  
 uentutē alat bellis idoneā: & eousque  
 porrigi ditionem Lacedæmoniorum,  
 quouique pertingerent armis: signifi-  
 cans virtute, non dolis, aut pecunia  
 propagandum imperium.

30 Cuidam roganti, quamobrem La-  
 cones in bello brevibus pugnionib⁹ v-  
 terentur, Quoniā, inq., cominus cū ho-  
 ste pugnams. Lepidē torfit in argumē  
 tū fortitudinis, quo ille volebat eos vi-  
 deri minyvtiles bello. ANTI OCHVS.  
 31 Antiochus Ephorus quū audisset,  
 quod Philippus Messeniis dedisset  
 agros

Est su-  
perius  
 fo. 14.

apo. 49

Ethoc  
 ante fo  
 lio. 7. a  
 po. 30.  
 & 31.

fol. 7.

## ARGEI

agros percōtabatur, nū vires quoq; de  
argutē diffit, per quas aduersus pugnātes pro  
agrī tueri possent quod erat datum.

## ARGEVS.

2 Argeus, quibusdā nō suas, sed alio-  
rū quorundam vxores prædicantibus,  
Per deos, inquit, de bonis & honestis  
mulieribus nihil temerē loquēdū est,  
sed in totū quales sint oportet ignora-  
ri, præter q̄ solis maritis quibuscū vi-  
uunt. Tam insignis erat apud priscos  
virginum & vxorū pudicitia, vt eas ab  
alijs q̄ à parentibus aut suis maritis cō-  
spici, gradus aliquis ad impudicitiam  
haberetur: tantaq; cautione confuleba-  
tur illarum famæ, vt parum pudica  
videretur, de qua rumor, quamvis va-  
nus, oriri potuit: sed ea demū summa  
matronalís pudicitia laus haberetur,  
si mulier adeo domi cōclusa viueret,  
vt nullus esset, qui de ea vel bene vel  
malè loqui posset: propterea q̄ hoc ip-  
sum, matronā versari in fabulis, trahi-  
que per ora hoīm, prostitutionis gens  
putaref. Etenim qui laudat alienā vx-  
orem, videb̄ habere cognitā cuius lau-  
des prædicat, quod ipsum aliquid de-  
trahit pudori foemineo. Quid igit vir  
ille p̄clarus sentiret de matronis, quæ  
sine maritis interesse gaudent iuueni  
conuiujs, quæ cursitant ad alienarū ci-  
uitatū dies festos & emporia, quæ du-  
cūt choreas ex viris ac foeminiis alternē  
mixtas, quæ in balneis corpus nudum  
ostendunt quorumlibet virorū oculis:  
3 Quodā tempore faciens iter per Se-  
linuntē, quū in monumento quodā  
hos

## APOPH. LIB. I

23

hoc Elegiacū carmē vidisset inscriptū,  
Hoc týrānida dū extinguit Mars su-  
stulit atrox, Ponē Selinuntis mœnia  
cōciderat. lure peristi, inquit, qui ty-  
rannidē ardente conati sitis extingue-  
re: cōtrā magis oportuit illam finere,  
donec tota deflagraret. Arripuit iocū  
ex occasione verbi extingui. Extin-  
guis enim quod opprimitur, & extin-  
guis incendiū.

## ARISTO.

4 Aristo cūdā laudibus vehenti di-  
ctum Cleomenis, qui rogatus, quid o-  
porteret bonū regē facere, respondit, Huma-  
Amicis benefacere, inimicis male. At niter  
quod p̄stantius est, inqt, vir optimē,  
amicis benefacere, & ex inimicis redi-  
dere amicos: Hanc sententiā citra con-  
trouersiā primus omniū Socrates pro-  
didit, & ad illum autorem refertur.

5 Alij cuipiā roganti, quot essent nu-  
mero Spartiatæ. Quot, inquit, ad arcen  
dos multos sufficiunt.

Id A.  
gis ..

6 Cū Atheniensis quidā apud illū re-  
citaret funebrem orationē cōscriptam  
in laudē eorū qui fuerāt à Lacedæmoniis  
in bello celi, Quales igitur, inquit, argute  
nostros esse putas qui istos vicerunt?  
Mos erat apud Athenienses, vt qui in  
prelio cecidissent, publicitus oratione  
laudarentur, quā illi vocant Epitaphi-  
um: in hac magno artificio amplifica-  
bantur, & ciuitas Atheniensis, & popu-  
lus: postremò peculiariter hi, qui forti-  
ter in bello morte oppetissent. At vir  
generosi animi nō inuidit arte exagge-  
ratis Atheniensium laudibus, sed eas  
in sue gentis gloriā rētorisit. Itaque  
recita

## ARCHIDAMIDAE

recitator ille magis illustrabat virtutē Lacedemoniorum q̄ Atheniensib⁹: quā doquidē hoc cōsilio Homerus multis modis attollit virtutē Hectoris, vt Achillis victoriam reddat illustriorem.

37 Archelaus regni socius Charilaos solitus est de illo dicere, Quo pacto non sit vir bonus Charilaus, qui ne sceleratis quidē molestus est? Fertur enī Charilaus māstūfissimi fuisse ingenii. Hoc mox in catalogo cōmemorat in diuer sam sententiā, ac meo iudicio argutiorē. Et haud scio an in vita Lycurgi sup fit syllaba οὐ. Ad hæc nescio an Charilaus & Charillus iūdem fint.

## ARCHIDAMIDAS.

38 Archidamidas cui dā in laudē Charrilli p̄dīcāti q̄ pariter erga cūctos fuisset mitis et mansuetus. Et qua fronta laudet aliquis, inquit, qui erga sceleratos se mitem p̄breat? Perp̄xit vir egregius, mansuetudinem cum iustitia coniunctā esse oportere. Alioqui principis in facinorosos lenitas quid aliud est quām in bonos crudelitas?

39 Idem cui dā qui vitio vertebat Heleno rhetori, q̄ adhibitus ad ipsorum conuiuiū nihil dixisset. Videris, inquit, mihi nescire, q̄ is qui dicendi nouit at tem, etiam dicendi norit opportunitatem. In senatu, in foro, in cōcōnibus, in legationibus, alijsq; reipublice negotijs locus est oratori: in conuiuiis te mulētis maiore cū laude silet eruditus q̄ loquit̄. Sic periti bellatoris est, nō misere fugiendi artem q̄ pugnandi.

## ARCHIDAMVS.

Iustē.

Silere  
in tem  
pore.

## APOPH. LIB. I

26

40 Archidamus Zeuxidami filius, ro-  
ganti qui nā essent Spartanæ ciuitatis autori-  
præfecti, Leges, inquit, ac legitimi ma-  
gistratus. Grauter cēsuit, in rep. bene  
instituta supremā autoritatē esse legi-  
bus deferendā, nec vlli magistrati fās  
esse quicq̄ cōtra leges publicas tētare.

41 Apud hūc cū qdā p̄dicaret citharē  
dū, eiusq; in canēdo facultatē admirā-  
ret, Hens. inq̄t, vir optime, qd honoris Artes  
a p̄mij abs te ferēt boni viri, cū tanto inuti-  
perē p̄dices citharēdū. Reſtē taxauit  
nō vulgi modō, verū & principū p̄po-  
sterā iudicia, q̄ plerūq; pluris faciūt Mi-  
mi aut morionē, q̄ sapientē fidīq; cōli-  
kj virū. Citharēdū verō, cuius ars nō  
reip. sed voluptati seruit, adeo nō iudi-  
cauit p̄dīcādū, vt nec inter bonos vi-  
ros habendum diceret.

42 Ad eum qui ip̄i cantorem cōmen-  
dere volēs dixit, hic est bonus cantor, Ars in  
At apud nos, inquit, hic est bonus con utilis  
dimotorū artifex: perindē quasi nihil  
referret, vtrū quis musicorū instrumē-  
torū sono, an obsonijs & cōdimētis vo-  
luptatē adferret. Apud Athenienses, cā  
tores erant in summo precio, quī co-  
quis non haberetur idem honos: Læ-  
dāmonijs verō nihil placebat artium,  
quod cūiū animos effeminaret ma-  
gis, quām ad virtutem accenderet.

43 Quodam illi pollicente vinū sua-  
ue, Quorsum, inquit, opus? quandoqui Conti-  
dem & plus absūmetur, & quæ fortē nenter  
debet viros eā reddent inutiliora. O  
verē masculinum animum, & omniū  
deliciarum contemptorem.

Cum

Archī

## ARCHIDAMI

Soler-  
ter.

44 Cū Corinthonrū vrbem obsideret,  
vidit è solo mōnib[us] proximo exilire  
lepores, mox q[uod] versus ad cōmilitones,  
Habemus, inquit, hostes expugnatū fa-  
ciles; quod fortuitu acciderat, velut in  
omen rapiens. Molles enim ac p[er]rū vi-  
ros Græci leporis vocabulo notare so-  
lent: argumento est illud è Comœdia,  
Tute lepus es, & pulpamentū queris?

45 A duobus inter se dissidētibus de-  
lectus arbiter, ambos duxit in lucum  
Minerua cognomento Chalcicea sa-  
crum, ibi exegit ab illis iusurandū, vt  
flarent arbitrii iudicio: id vbi iurassent,  
Pronūtio, inquit, ne prius hunc locum  
execatis, q[uod] quod interv[er]s est dissidij de-  
ponatur, & inuicē recōciliemini. Repe-  
rit vir ingeniosus quo pacto fieret, vt  
nec ambos offendere[n]t recusato arbitrio,  
nec alterum è duobus alienaret, si  
pro altero cōtra alterū tulisset senten-  
tiā. Apud Lacedæmonios autem ne-  
fas erat fallere quicquid in Mineru[m]  
templo promissum esset.

46 Cū Dionyius Siciliæ tyrannus fili  
abus Archidami vestes splēdidas mul-  
tiq[ue] pretij dono misifret, recusauit ac-  
cipere, dicens: Vereor ne hoc amictu  
puellæ mihi turpes videantur. Intelle-  
xit vir prudens, virgines nullo cultu  
melius ornari q[uod] simplici: porrò sericis,  
gemmis & auro de honestari magis q[uod]  
ornari: propterea q[uod] vestiū luxus argu-  
it animi parum sobriū, & intuentium  
animos ad libidinem sollicitat citius, q[uod]  
ad honestā opinionē. Decet autē vt vir-  
go tota & vndique virgo sit, nec vlla

ex par-

Seuerè

## APOP. LIB. I

27

ex parte det corrupte mentis significa-

47 Conficiens filiū suū cū (tionem).

Atheniētibus iuueniliter ac temerē cō-  
gredient̄. Aut viribus, inq[ue], addē, aut Auda-  
animis adime: docens periculofam esse ciapi-  
audaciā si vires non suppetā spiritib[us] culosa

## ARCHIDAMVS alter.

48 Archidamus Ageſilai filius post cō-  
ſictū apud Cheroneam habitū, quū à  
Philippo rege Macedonū literas acce-  
pisset acerbius scriptas, hunc in modū  
rescriptit, Si metieris vmbra tuā, haud  
quaq[ue] reperies illa facta maiore, q[uod] erat Arro-  
ante victoriā. Grauiter admones, nō gantia  
esse prudentis ob fortuna successum  
intumescere, cū ipſe sit nihil maior.  
Aequū autē est, vt homo se suis ac pro-  
prijs bonis metiatur potiusq[ue] externis,  
quaē fortuna cum libet dat, cū visum Hocā  
est, eripit.49 Percontanti q[uod] spacioſam regionē te di-  
obtinenter Spartiatæ, Quātā, inquit, 7.apo.  
hasta possunt assequi. Allusum est autē  
ad mensores agrorum, qui decempe-  
dis aruorum spatia metiuntur.50 Periandro, qui quū effet arte medē Dege-  
di celebris, & imprimis laudatus, car-  
nera-  
mina scribebat in foecilia, Quid, inquit, tio  
tibi accedit Periander, vt pro eleganti  
medico malus poeta vocari concupis-  
cas? Notauit hoīum mores, qui res ho-  
nestas aggressiū degenerāt ad fordinio-  
ra, cū cōſultū sit, vñūquēquin ea se arts  
exercere, in qua valet plurimum.51 In bello quod gerebatur cum Phi-  
lippo, quibusdam suadentibus vt pro-  
cul à patria pugnare, Haud istud spe-  
ter.

stan

Victo-  
ria spe  
ciola.

ständū est, inquit, sed bene pugnantes  
hostibus erimus superiores: significans  
non pnde referre vbi configas cū ho-  
ste, vt q̄ strēnu se gerat dux aut miles.  
52 Cum Arcadas bello fu- (in bello,  
perasset, ob id laudatus à quodā, Pra-  
stantius erat, inquit, si illos prudētia q̄  
viribus superassetemus. Intellexit dux  
egregius, nullam esse speciosiorem vi-  
ctoriam, q̄ virtute vincere, q̄ si virib⁹  
superemus & à brutis animantibus.

Breui-  
ter.

53 Cū irrupisset in Arcadiā, auditio q̄  
hostibus Elei ferrent auxilium, scriptis  
illis in hunc modū, Archidamus Kleis,  
quies bona Non potuit breuius & sua-  
dere quod erat illis cōmodum, & mi-  
nari malū, si quid perperam aggredie-  
rentur. Decet hæc breuiloquentia &  
ducem & Laconem.

Belli  
incerta

54 In bello Peloponnesiaco sociis ro-  
gantibus, quanta pecunia futura esset  
satīs, ac postulatibus vt tributorū cer-  
tum modū prescriberet, Bellū, inquit,  
nō querit definita: significās eos q̄ bel-  
lū suscepserūt, oportere per omnia ser-  
uire belli necessitatibus, quarum nul-  
lus est certus modus, q̄ variae sint bel-  
lorum prater expectationē occasiōes.

Forti-  
ter.

55 Vbi vidisset iaculū catapulta inittē  
dum, id temporis primū ex Sicilia ad  
uectum, exclamās, inquit, Hercules, pe-  
riit viri virtus. Quoties enim instru-  
mētis bellū gerit q̄ misso telo saxo ve-  
procul feriunt, minimū interest inter  
fortem virum & ignavum: verum vbi  
cominus res geritur, tum apparet qui  
viri sint, qui non.

Quum

56 Quū Græci nollent rescindere pa-  
ta quæ cū Antigono & Cratero pepi-  
gerant, & amplecti libertatē, quam of-  
ferebat Archidamus, veriti ne graui-  
res essent habituri Lacedæmonios, q̄ Vastræ  
Macedones, Ouis, inquit, sp̄ eandē edit  
vozem. Carterū homo multas ac varias  
emittit voces, donec quod decreuit cō-  
ficerit: hoc dicto significans, fallendā  
esse fidem, si qua magna inuitet vtili-  
tas. Nullū autem est animal, cui tam ya-  
traxox sit, quām homo. Hoc apophthe-  
gma videri possit indignū Lacone, nisi  
post integritas eius gentis, barbarorū  
cōmercio degenerasset. Dicti potel' ho-  
nestus aliq̄s vñs esse, velut si q̄s admo-  
neat, p̄ tpe proq; re nata variandū esse  
sermonis habitum. Est vbi loquendū sit  
scueri, est vbi blindiū: est vbi ma-  
gnificentius, est vbi submissius: est vbi  
incundius, est vbi durius: id si fiat citra  
perfidiā, prudētia est. Porrò ouilli mo-  
res dicunt hoīm stupidorū, q̄ sese ne-  
sciunt rebus ac personis accōmodare.  
Græcorū igit̄ cōstātia Archidamus itul-  
tit̄ tribuit, q̄ p̄posita libertate nollēt  
mutare vocē. ASTYCRATIDAS.

Ouilli  
mores

57 Altycratidas postea q̄ Agis supera-  
tus est apud Megalopolin in prelio ad  
uersus Antigonū, curdā dicenti, Quid  
nunc facturi estis Lacedæmonian Ma-  
cedonibus seruitur? Quid tandem inqt̄  
num Antigonus vetare potest quō mi-  
nus in pugna pro patria mortē oppeta-  
mus? Generosa vox, sentiens libertatē  
vrbis esse vita chariorem, nec turpiter Ge-  
occubere, q̄ p̄ patria pugnās moritur. ros

Quonia

Quoniam moriendi potestatem nullus hostis potest eripere, quisquis morte contemnit, habet quo quā vult semet in libertatem aferat. Ea vox arguit egregie fortē animū, sed cuius exemplum nulli bono si imitandum. Fortius est diutinam seruitutem quā durā perferre, quam morte finire dolores: multoq; sanctius est, quod docet Socrates, non esse fas aiām de corporis pre-sidio decidere inīssū imperatoris.

## BIAS Lacedæmonius.

¶ Bias Lacon inīsidij circūseptus ab Iphicrate Atheniensium duce, quum ilius milites rogarēt quid in eo rerum statu esset faciendum, Quid aliud, inquit, nisi vt vos seruemini, ego pugnādo moriar? Talis erat animus Catonis Uticensis, qui ceteris suasit, vt sue saluti consulerent, ipse spontanea morte turpem effugit seruitutem.

## BRASIDAS.

¶ Brasidas quum mure in caricis cōprehendisset, mortus ab eo dimisit cāptum, moxque ad eos qui aderant, vt nullum, inquit, est animal tam minutū, quin seruari posuit, modò autē vlcisci inuidentes. Hoc dicto fortis & animo suis dux aium aduersus hostes adeo. In prælio quodā per clype (dedit, um vulneratus, eduxit hancā ē vulnere, & eadem hostem intermit qui vulnerauerat. Pulcherrimū est, inimicum suis ipsius armis opprimere. Hoc aperte Cūdam per- (phthegma nō est. contanti quomo do vulnus accepisset, perquā festiuiter respondit, Prodente

Forti-  
ter.Soler-  
ter.

Lepide

me scuto. Ita crebrō malū p illos venit quorū pñdīo credimus nos esse tūtos. ¶ Egressus ad bellū hūc in modū scri pñt Ephoris, Quicquid erit, malorum in bello, aut prodigabo, aut moriar: te status animū fortissimū ducē dignū. Nam euentus homini nō est in manu. Cæterum vbi cecidisset in prælio, dū Græcos Thraciā incolentes liberat, & id nuntiari oratores Lacedemonē mis simatrem eius Archiles niderat adīsset, illa nihil prius rogauit, q; an Brasidas honestū occubuisset. Thracibus illius virtutem collaudantibus dicētibus q;, non esē apud Lacedemonios alium illi parem, Ignoratis, inqt, hospites, quales sint Lacedæmonij. Erat quidē vir bonus Brasidas, ceterū Sparta multis habet illo prestantiores. Vtrum in hac feminā magis admirari conuenit amīne generositatem, quæ de filiis morte q; obtigisset honesta, gloriandū etiā putaret, tantū abest, vt mulieriter de fenerit: an modestia & in patriam affe ctum, quæ non passa sit ita filium pñcari, vt reliquorum Spartanorum glorie decedēret aliqd. DAMONIDAS.

¶ Damonidas quīā chori magistro postremū in choro locū accepisset, Eu. Habet & inqt, chorage, reperiisti quo pacto simile & hic locus, quī per se sit in hor orat, fo. 2. q; sit honorificus. Generosus adoleſcens pōsitus, q; fiducia sui nō metuit ne locus abiectionē effet dedecori, sed citio futu run arbitrabat, vt p ipsum locū fieret honorior. Id enim sapienter fa- cūlū legimus, vt hois virtus magistra

## DAMINDAS

eul per se contempto & humili dignitate conciliariat.

DAMIS.

44 Damis, quum Alexander Magnus per literas petisset, ut Lacedæmoniorū decreto decernerentur ipsi diuinis hominibus, et in deorum numero referret, Age, inquit, concedamus Alexandro si velit appellari deus. Ut respectum ristit stultam principis ambitionem, qui putat ab iis posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent, q̄ hoies: aut si hoc non putauit, insigni uititiam fallit nominis umbra gloriaret.

## DAMINDAS.

45 Damindas quum Philippus irrupisset in Peloponēsum, & quidā ita loqueretur, periculū est ne acerba patientia Lacedæmonij, nisi Philippo reconcilietur, O semiuiri, inquit, quid nobis poterit acerbè accidere, qui mortem contemnimus?

DERCILLIDAS.

46 Dercillidas orator missus ad Pyrrhum, qui ī exercitu iuduxerat interram Spartanorū, ut cognosceret quid sibi vellet: quā Pyrrhus præscriberet,

Referēt ut regem suum Cleonymū reciparet, alioqui futurum ut intelligerent se nō hilo ceteris esse fortiores, hūc in modū respōdit: Si deus est Cleonymus, non metuimus eū: quippe qui nūbil sceleris cōmisiimus: in homo est, nūhilo eū nobis præstantior. Hoc dilectate taxuit superbas regū minas. Diū, qui quo velint possunt lēdere, nec à quoquā lēdi vicissim, nō nocēt nisi improbis hoies hoībus ex equo metuendi sunt, proinde q̄ superbe minatur alijs, aut

dij

## APOP. LIB. I.

dij sibi vident, aut non cogitant, id qđ minantur alijs, in ipsos posse recidere.

DEMARATVS.

47 Demaratus postq̄ cū ipso colloquii Orōtes habuisset aspius, cūda diceti, Blādi-asperius tecū egit Orōtes o Demarate, logum Nihil, inquit in me peccauit. Siquidē q̄ ad gratia colloquunt, hi lēdit, nō qui durius, cūq; male uolēta verba faciunt. Intellexit vir prudens, nihil esse nocētius blandiloquio, qđ vt nō fallat, redit hoīem in soletiore: at q̄ nō ex odio duris loquī, adeo nō lēdit, vt interdū profit etiā ei, p̄sertim qui nouit ex ini mico decerpere fructum aliquem.

48 Cuidā pereōtati, quā ob causam a pud Spartanos q̄ scutū abieciſſent notarent ignominia, & infami vocabulo Publī-Rhipsalides appellarentur: qui galeas ca vuli aut thoraces, nō itē, quoniā, inquit, hec tas. sua ipsorū cauſa gerūt, scutū verò cois exercitus gratia: signifīeas, vniūq; pluriſſis esse faciendam coēm vtilitatē, q̄ pro Priam. Qui galeam aut thoracē abiecit, seipsum prodit tantū & exarmat: q̄ scutū abiecit, prodit vniuersam phalā gem. Nam obtentu clypearum tota a cies tuta est aduersus hostium iacula.

49 Cum audiret cantorem quendā ostentantem artē suā, nūbil aliud laudis illi tribuit, tantū ait, Mihi videt nō ma le nugari. Tantus erat contemptus artū, quā licet effent operosa, tamē solū modo delinirent aures, nulla seria vti litatem adferrent Reipublicā.

50 In confessu quodā rogatus, vtrum ob fluitiam an ob sermonis inopiae

D &amp; Glareo

Ars in utilis:

## DEMARATI

**Silētiū** sileret, Atqui stultus, inquit, ne possit quidem silere. Quidam hoc præclarū existimant, si nunq̄ fileant, quum id sit certissimum fatuitat̄ argumentum: ut cōtrā silentium, vbi loquendi tem-  
pus non est, prudentia signum est.

**Mode** 71 Cuidam percōtan i, quur exularet Sparta, quū eset rex, Quoniam, inqt, leges sunt in ea potentiores: significat regem apud Lacōdæmonios esse prin-  
cipem ciuitatis, at nō legum dominū, sed his non minus obnoxium regen-  
tis ciues: hoc ipsum laudabat in suā gi-  
tis institutis, per quod cogebatur exu-  
lare. Dedit interim insigne moderatio-  
nis specimē, æ quo aī feres exiliū auto-  
ritate legū indictū, nec de patria male  
loquēs, nec de legū iniqtate querens.

**Mode** 72 Cum Persa quidam crebris mune-  
ribus puerum quem amabat Demaratu-  
tus, tandem abduxisset, atq; id iactans  
apud illū dixisset, ô Lacō, venatus sum  
amasium tuū, Per deos, inquit, nō tu si-  
nē venatus es, sed mercats: in iocū ve-  
tens cōtumeliam, ob quā aliū solēt co-  
lum misceret terre: simulq; significans,  
non esse speciosum pecunia vincere.

**Cle-** 73 Persa quidam à rege defecserat, li-  
suaſu Demarati mutatus quum reuer-  
tisset ad suos, tentareq; eum rex inter-  
ficeret, Turpe, inquit, fuerit, ô rex, si cu-  
hostis fuerit non potueris ab eo defi-  
ctio nis peenas sumere, nunc amiciū fa-  
ctū velis occidere. Hoc prudentissimo  
dicto, & regis indignationem tépera-  
uit, & eius cui reditum persuaserat, in-  
columitati cōsuluit. Vtrig; consultor

## APOPH. LIB. I.

utilis, alteri ne quid indignū regia mā  
suetudine committeret, alteri ne peccā-  
teret ab errore reuocanti paruisse.

74 Ad eum verò qui apud regem Per-  
sari parasiti agebat, ac subinde in De-  
marati exilium dicterijs ludebat, Non  
inquit, amice tecum pugnaturus sum,  
nam vitæ aciem absumpsi. Ludens ex  
ambiguitate vocis. τάξις enim Græce,  
tum ordinem sonat, tum aciem. Nul-  
lus autem ad pugnā infiltratus est, cui  
nulla supereſt acies: & ordinē vitæ ab-  
sumpsit' qui ex rege factus est exul.

## EMEREPESES.

75 Emerepes Ephorus, ex Phrynidis  
musicī cithara nouē habente chordas,  
duas incidit, Noli, inquiens, deprauare  
Musicam. Prisci cantores non nouerat  
nisi septē chordas, quibus aliquid ad-  
dere, ac Musicā pro simplici reddere  
operosiore, iudicabat artis esse corru-  
ptelam. Adeo Lacedæmonijs nulla nō  
in re placebat simplicitas ac frugalitas

## EPAENEVS.

76 Epænetus dicere solitus est, menda-  
ces omnium scelerum & iniuriarū au-  
tores esse. Ea sententia nō diffonat à li-  
teris Hebræorum, quæ narrant, serpen-  
tis mendacio primū fores apertas om-  
ni vitorū generi. Mendaciū autē nomi-  
ne cōtinēt aſtentatores, calūniatores, Mēda-  
infidi consiliarij, peruerſi educatores, ces,  
qui fontes sunt fera malorū oīum, qbs  
furſus deorsum turbatur vita morta-

## EBVOIDAS.

77 Euboidas audiens à quibusdā pre-  
dicari vxores alienas, non approbavit

D 3 idfa

## EUDAMIDAE

id factum, dicens: De moribus ingeniorum; vxoru apud exterorū nullā omnino faciendā esse mentionē. Qui nō tulit laudari cōiuges aliorū, quid faceret vituperantibus? Prima laus pudicitiae matronalis est, nulli notā esse praterq; suo viro quicun cubat.

## EUDAMIDAS.

78 Eudamidas Archidami filius, Agidis frater, quū audisset Xenocrate iam senem in academia cū amicis disputantē, per cōtatus est, quis esset ille senex: vbi respōderat aliquis, illū esse virum sapientem, & ex eorū numero, qui virtutem quererent, Et quādo, inquit, ea

argutē vīrūs est, si ad huc querit? Vīrum est Laconi ineptū, per oēm vitā de virtute disputare, veluti de re cōtrouersa, quū oporteat à prima statim adolescentia habere certissima de cōtra honesto impressa aio, & secundū virtutem exerceri, non querere, quemadmodū faciunt Philosophi, q magna contentione inter ipsos de summo bono ac malo di gladiantur, ne in hoc quidē satis cōfidentes, quid sit virtus aut beatitudo.

79 Idem auditio philosopho, qui disseruerat, solū sapientē esse bonū bellī dum, Sermo quidē, inquit, mirificus est, at qui eū dicit, fide caret, eo q illū nū quā circūsonuit tuba. Probauit sententiā, sed indicauit, neminē cū fide loquiderē quā nullo modo sit expertus.

80 Die quodam quum Xenocrates argumentum quod tractabat differendo absoluisset, iamq; finem dicendi fecisset, superuenit Eudamidas: cui quū co-

Experi-  
entia

mutum

## APOPH. LIB. I. 34

mūtum quispiam dixisset, posteāq; nos adsumus tū ille desit dicere, Recte, inquit, siquid ē ea dixit quā voluit. Rursum quum alter diceret, bonū erat audiēre, putas fore vt sua causa iuberet Xēnocratem eadem de integrō differere. Quid, inquit, Eudamidas, si venissemus

Vrba-  
ne.

iam ad cōnatū, nū postularemus vt ce-  
naret iterum? Cūiilitas erat q Philoso-  
phū ad iterandā disputatione perpet-  
lere noluit, q ea res nō caruisset tēdīo  
dicentis: Laconica virtutis erat, q ma-  
gis admirabatur præclarā facinora de-  
signantes, q de virtute differentes.

81 Cuidam percontanti, quur ciuibus  
bellum aduersus Macedones suscipe-  
re volentibus ipse autor es et quiesce-  
di, Quoniā, inquit, nolo illos mendacij  
arguere: testē significās, Spartanos glo-  
riose magis, q serio bellū poscere: eos  
prodidisset Eudamidas, si ipse quoque  
bellū approbasset. Tū enim fore puta-  
bat, vt ciues bellū detrectarēt. Nūc effe-  
cit, vt per illū stetisse videret, quō mi-  
nus bellū susceptū esset, ac ciuibus for-  
ticudinis gloriā reliquit integrā, quasi  
promptos haberent ad bellandū aios.

82 Cum quidā cōmemorando laudē,  
ac trophæa, que Lacedæmonij ex re-  
bus cū Persis preclare gestis retulisset,  
hortaret ad bellū cū Macedonibus sus-  
cipiendū, Ignorare mihi videris, inqt, argutē  
istuc idē esse, ac si quis deuictis mille  
ouiibus, pugnaret cum quinquaginta  
lupis: significās, Persas vt de celiis effos-  
minatos, & ob id ibelles nō fuisse diffi-  
cile vicere: sed aliud esse cū Macedonib.

Cuius-  
ter.

D 4 belle

## EVDAMIDAE

bellacissima gente rem habere. Proinde qui ob victorias à Persis reportatas censeret cum Macedonibus bellum nō suscipiendum, nihilò probabilius diceret, q̄ si q̄s ei qui vicisset mille ones diceret, aude cum quinquaginta lupis cōgredi, qui tot ones deuiceris.

**Ars in utilis.** 83 Rogatus de catore quodam, qui fœliciter cecinerat, qualis ipsi videretur, Magnus, inquit, in re parua delinitor. Contemptit operosam artē, cuius nullus erat fructus preter inanem ac téporariam delectatiuclam aurium.

Integre 84 Cum quispiā prædicaret laudes viris Athenarū. Quis, inquit, eam ciuitatem meritò laudet, quā nemo dilexit factus seipso melior? Nō iudicauit eam urbem esse dignā vlla laude, quę sic est set corrupta delicijs ac vitijs, vt nullus in ea libeterviues euaderet melior, sed deteriores oēs tacite pferēt Sparta A-

thenis, in qua q̄ vixisset, efficeret melius. 85 Arguo cuida diceti, Lacedæmonios peregrinationibus reddi dete-

rgute riores, q̄ interim degeneret à maioriū legibus & institutis. At vos, inquit, quā Spartā venitis nō deteriores, sed meliores euaditis. Dictrū retorit in Argiū. Nam hoc dicens, magis suam gentem vituperavit quam Lacedæmoniorum: simus indicauit, quantoperè referat inter quos vias.

86 Cum Alexander in Olympijs præconiō ius fecisset, oībus exilibus in sum am cuiq; patriam redeundi, præterquā Thebanis, Infortunatis quidem, inq; præconiū, sed vobis oī Thebani glorio

## APOPH. LIB. I.

sum. Solos enim vos metuit Alexáder. Ad consolandos Thebanos sic interpretatus est vir animi soleris. Etenim qui permittit exilibus redditum in suā patriam, nō metuit ne moliant vindicta. A Thebanis igitur solis metuebat.

87 Rogatus à quodā, quam ob causam Lacedæmonij priusquā irent in prēlīum, Musis immolarent, quū Musis nihil videretur cū Marte esse cōmercij, Vt rebus, inquit, fortiter gestis continet ḡ honesta cōmemoratio. Bene gerēdat rei laudem sibi tribuebant: vt autē egregia gesta splēdidiis verbis celebra rentur, hoc à Musis eloquentiæ præfidiibus petendū iudicarunt, ed q̄ ipsi neg ligerent eloquētiē studiū: simus ad monebat, nō expetendā honorificam memoriam, nisi recte factis p̄meritā.

## EYRCRATIAS.

88 Eurycratidas Anaxandridæ filius, percontanti, cur Ephori per singulos dies de cōuentis & cōtractib; ius diccerent, Vt inter hostes etiā, inquit, mutua fidē inueniamus. Maiore Reip. dis crimine pacta violentur in bellis, sed illic quoq; violent ab his, qui domi cū fuerint fallere.

**HERONDAS.** Herondas qui effet Athenis, audis-

set q̄ quendam iudicū sententia dā- natum de crimine oīj, qui mēstis in- cederet, &c ab amicis mēstis deducere tur, iussit sibi cōmōstrari eū qui in cau- sa liberali reus perageret. Lacedæmo- nij, Quicquid erat sordidatū artū, nō per ciues, sed per Helotas mācipia ex- exerceri volebat: eoq; mirabatur Heron-

Gene-  
rose.

Gene-  
rose.

das, ob id quenq; vocari in ius q; fernilia non exerceret, ibiq; p; criminis haberet, quod Lacedemonem iudicaret honestum ac liberale. THEARIDAS.

Calumnia.

THEMISTEAS quū effet vates, prædixit Leonida regi, futurā apud Thermopolas internitionem tū ipsius tū cōmilitonū eius. Itaq; cū à Leonida Lacedaemonem mitteret, hoc quidē titulo renunciaret euentura, sed re vera, ne simul cū aliis periret, nō sustinuit ire dicens, Ut pugnarē hue missus sum, non vt ferrem nūcia. Quis nō admiretur in vate tā p̄sente animū: Præuidit exitium, nec enitare voluit, cū id liceret honesto titulo. Admirabilis etiā fuit Leonida moderatio, qui vati tristia nuntiati nō tantū nō succensuit, vt principum vulgus solet, sed & vita & fama illis cōsultū voluit. THEOPOMPVS.

Mode ratē.

Theopompus interrogavit quo p̄to q; regnū tutō posuit tueri, Si, inquit, amicis cōcedat iustā libertatem, pro vi gibus interīm aduigilas ne subditī afficiant iniuria. Multis principib; exitio fuit, q; amicis nihil nō p̄mitteret, ciues iniuria affectos negliget. Hic tēperatia adhibēda est, vt princeps nec amicos alieni tyrānica seūtia, nec patiat illo regia familiaritate abutii at q; quis addēdu p̄ter ius aduersus plebeios, q; nimis irritati s̄p̄e reges suos excuserit.

Hospit.

Hospiti cuida iactati q; apud Theopompi ciues philolacō, hoc est, Lacoamans dicere, Prætaret, inquit, si φιλοτάκτης, id est, ciuium amans, dice argute reris, potius q; Laconū. Alter expectabat vt sibi pro studio erga Lacoēs age rentur gratiae, at ille notauit hospite, q; alienē ciuitatis studiis haberi mallet q; sue, cū prima charitas debeat patrē. Porro quisq; aliena rep. vehementer adamat, lūa quodammodo vitupat.

Huic simile est illud, Quum legatus ab Helide missus diceret, tibi ob id aciūibus legationē cōmisiam, q; vnuſ Laconicā vitam admiraret, rogauit hominem vtrū meliorem ducere et vita ahortū ciuiū, an suam ipsius: cū is respōdisset, suam ipsius, Qui potest, inquit, gitatur ista ciuitas seruari, in qua quū mul tisint, vnuſ tantū bonus est! Salse taxauit oratoris imprudentia, qui Lacedaemonios ac sese laudarit cū suorū ciuiū, vituperatiōe. Probabat Lacedemonio rū mores, sed solus Helidenium: restabat igit ut apud Helideses nō effet nisi vnuſ vir bonus, cui placet honesta.

Dicente quodam, ideo seruari rep. Spartānā, q; reges scirēt imperare, līmō potius, inquit, quōd ciues t̄ciant parere: insigni modestia regum laudem in ciues transferens. Multum habet momenti principis integritas, sed multo plus ciuium rectā inititio.

Cum Pyli, decretū adidissent, quo Theopōpo tribuebat summi honores, rescrispit, mediocreshonores ipsum te Modopus auget, inmodicos aboleat. Hoc aīo te sit.

TECTAMENIS.

quid excellentius? quod alij sibi aut vindicant arroganter, aut ambiant in opte, hoc vltro delatū reiecit: simul & suā declarās modeltiā, & amicos admonens, in omni re modū esse optimum. Quin & illud acutē perspexit, quę subi tō crescut in altū, nō esse diurna, qđ genus sunt betæ & cucur bitæ: cæterū quæ paulatim augescunt, ea ferre sta tem, veluti querum & buxum.

Non est  
hic in  
Greco,  
sed Phi  
lelpho  
vertit,  
habet  
bis ali  
bi.  
Sapien  
ter.

97 Cuidā ostendeti ciuitatis sua mœnia, ac percontanti, nū valida & alta vi derent. Minime, inquis, si quidē sunt mulierū sentiens ciuitatem satis munita ei se si viros habeat: sin minus nihil pro desse, quamlibet operosa munimenta.  
98 Vxori obiurganti, quòd regnū humilius ac minus esset filijs tradidit, quod accepisset, Hactenus igitur, inquit, maius, quod diuturnius. Ita Plut. in vita Ly curgi, Quæ moderata sunt in longū tem pusdurant, & hoc ipso meliora funt.

TECTAMENIS.

Mors  
conte  
pta.

99 Te etiamenes posteaque Ephori capit̄is sententiam in ipsum proununtias et ab ijt̄ ridens: rogatibus qui aderant, an etiam contemneret Spartanorū leges, Nequaque inquit, qui gaudeo potius, quòd lec mihi mulcta soluenda est, cū eam nec indixerim cuiopia, nec aquopi am mutuo acceperim. Vir innoces nō accusauit patriæ suæ leges, sed hoc fœlicitatis esse iudicabat, quòd moriub̄ ret, qui nemine ad morte adegitset, nec cuique deberet vitam nisi sibi. Facete mortis pena vocauit mulcta, ret atrocē mol hori vocabulo signans. Iure autem

APOHP. LIB. I.

35  
cogitur soluere pecunia, qui eam vel extorrit ab alio, vel mutuo sumpsit.

M. Tullius hoc apophthegma sic ver tit Tuscul. quæst. lib. 1. Quum Lacedæ Ciceron monius quidā, cuius ne nomen, quidē Tusc. proditū est, morte tantopere cōtempserit, vt quū ad eā duceref damnatus lib. 1 ab Ephoris, & esset vultu hilari atque leto, dixissetque; ei quidā inimicus. Cōtemnisse leges, curgit responderit, Ego vero illi maxima habeo gratiam, quod me ea pena mulctauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissolue re. O virū Sparta dignum, vt mihi qui dem qui tam magno animo fuerit, in nocens danatus esse videatur. Pro Aiatridas & Cicero vertisse videtur, versu ram. Lusit aut cōtemptu mortis Tectamenes, quasi mors leuior esset mulcta, quod pecunia quod illa quisque de suo posset soluere, ob hac multi cogantversurā aut versurā facere. T H E R Y C I O N

100 Therycion è Delphis rediens, quū viderit in isthmo angustias à Philippis cepis occupatas, Malos, inquit, ô Corinthiū portarū custodes vos habet Ptoloponesus. Allusit eō, quod grauiter animaduerti solet in ciues, quibus urbis portæ cōmissæ sunt, si eas indilige ter custodierint. Multo magis accusari merēbantur Corinthiū, qui totius Pe toponei portas Philippo predidissem.

HIPPODAMVS.

I Hippodamus quo tempore Agis ad uersus Archidamum aciem instructā habebat, simul cum Agide iussus est in Spartam, cugaturus illic ea quibus

## HIPPOCRATIDAE

erat opus, An no, inquit honestius est,  
Mors cōtem  
prā vi pro Sparta fortem bonūq; virum  
prētans mortem oppetā? Ac pōst sum  
ptis armis, stansq; regi ad dexterā pu-  
gnando interiit. Confultum volebant  
illius senectuti, que viribus defecta in  
bello non ita multum esset habitura  
momenti, in patria futura nonnullis  
vñsi (excesserat enim annum octogesī  
mūm) at ipse sibi non indulxit.

## HIPPOCRATIDAS.

2 Hippocratidas acceptis literis à Ca-  
rie satrapa, in quibus cōtinebā, Lacedæmoniū quendā quū fuisse conscius  
insidiarū, quas quidam ipsi struxerat,  
nō indicasse rem, sed silentio texisse, si  
mulq; rogabat satrapas quid de illo fa-  
cturus esset, respōdit hūc in modum,

Mo de  
rato Si quo magno beneficio illū affecisti,  
interfice: sin minus, cūcē & regione, vt  
ad virtutem formidolosum. Ingratu-  
dinem erga bene meritum cēuit mor-  
te plectendam. Cæterū quod esset nō  
per malitiam, sed per formidolositatē  
cominissum, ei satis supplicij indicabat  
exilium. Non enim ipse struxerat  
insidias, sed sibi metuens nō prodidit.  
3 Huic quum aliquādo fuisse obuius  
adolescens, quē amator sequebat, eru-  
Pudice bescenti adolescentulo, Cum his, inqt,  
oportet ambulare, cum quibus conſpe-  
ctus non mutet colorē. Docuit, ex  
improbis coniutorib; nihil capi fru-  
ctus, nisi probrum & ignominiam.

## CALLICRATIDAS.

4 Callicratidas classis præfectus, à Ly-  
sandri amicis sollicitatus, vt vñli quen-  
dam

## APOLYP. LIB. I.

dam ex inimicorū numero permitte-  
ret ipfis interimere. & acciperet talēta  
quinquaginta: taetis vehemēter opus  
haberet pecunia ad soluendū nautis  
stipendū, haud tamē cōcessit. At quū  
Cleander, q; erat illiā cōsiliis, dixisset,  
accepissem si fuisset Callicratidas, Et  
ego, inqt, si fuisset Cleander. Mira du-  
luit  
cis integritas, q; nulla pecunia licet ne  
cessaria, vel ad hoc corrūpi querit, vt  
in vñli hoīm pataret aliqd iniquū fie-  
ri: simulq; monuit, in omni actione spe  
etandū esse decorū persone. Quod for-  
tē decūsset Cleandrum, non decūsset  
Callicratidem. Quod deceret plebeū  
non semper decet principem.

5 Idem pfectus Sardes ad Cyrum iu-  
niore, quo cū: Lacedæmoniū in belli-  
cis socio vt̄ petiturus pecunias  
rei nauali n̄, pfectus primo statim die  
iussit renuntiari, se cū Cyro velle col-  
loqui. Quem vt audiit bibere, expecta-  
bo, inqt, donec biberit. Ac tum quidē  
abiit, quoniā intellexit, eo die nō pos-  
se dari cōueniendi regis copia, ne parū  
ciuiis habereb̄. Postero verò quū iterū  
audisset illū bibere, nec se admitti ad  
colloqui, dixit, Ita curā habēdā pecu-  
niā, vt ne qd tamē cōmitteret Sparta  
indignū: moxq; inde recessit & pheſum  
multa imprecatus mala iis, qui primi a  
barbaris fuisse lūdibrio habiti, eos-  
que sua patientia docuisserint, illos fidu-  
cia diuiniarū aliis illudere. Iurauitque  
apud comites, sese vt primū Spartam  
redisset, nihil nō facturum, vt Græcos  
inter se cōciliaret, quō barbaris fieret  
magis

## CALLICRATIDAE

magis formidabiles, definerentq; illi-  
us regis viribus inter se pugnantes  
egere. Quid nō & faciunt & patiuntur  
homines, vbi pecuniarū vrget inopia?  
At generosa Spartani mens maluit pe-  
cuniā negligere, q; effeminati regis  
tertio pati fastidium, quū alij leuioribus  
de causis æquo animo ferat, si vel  
post totos sex menses admittantur ad  
regis collo quiū. Deinde nihil impre-  
catus est ipsis barbaris, aut regi, sed iis  
indignabatur, qui primi sua toleratiā  
docūsent eos ob opulentiam tanta-  
crītas sumere. Nam si fuissent omnes,  
quales erant Spartani, opum ac volup-  
tū cōtempentes, nunq; ad tantā info-  
lentiam venissent barbari. Postremo  
singularis erat prudētie, q; perspexit,  
Græcos non alia magis ratione posse  
barbaris reddi formidabiles, quā si  
positis intestinis simultatibus, mutuā  
inter se concordiam sancirent.

6 Interrogatus q; genus homines es-  
sent lones, Liberi, inquit, mali, sed ser-  
ui boni: significans illos nescire impē-  
rare, ac libertate vti, sed seruitutem e-  
quo animo ferre; videlicet referendos  
ad secundū hominum genus iuxta di-  
stinctiōnēm. He siodi, qui per se quidē  
non sapient, sed parent recte sapienti.

**Hesio-** Similo 7 Qui Cyrus stipendiū militi  
**dus.** antēha bus, Callicratidi seorsim xenia, amici-  
bat, fo- c. apo- pit, xenia verò remisit, negans sibi cū  
87 ipso priuatam habendam amicitiam,  
sed quā haberet publicam cū Lacede-  
moniis oībus, eandē illi secū quoq; in-  
tercede

## APOPH. LIB. I.

ercedere. Quid hoc aio incorruptius  
q; totus ad reipub. cōmoda spectabat:  
8 Apud Arginusas quum esset nauali  
pugna cōficturus, atq; Hermon nau-  
clerus diceret, bonum esse ab eo loco  
soluere, p; Atheniensium triremes nu-  
mero longè plures essent. Quid, inq;  
tum postea? Atqui fugere ignominio-  
sum est Sparta: ac damnosum: contrā,  
manentem aut mori aut vincere, hone-  
stissimum. Gloriā vitæ anteposuit, sed  
publicam gentis, non priuatam suam.  
Mors cōtempta.

9 Ante cōfictum peracto sacrificio,  
quū aruspex nuntiaret ex incensis, ex-  
ercitu quidem portendi vitorię, sed  
imperatori mortem: nihil expauefa-  
etus. Haud penes vnum, inquit, sunt  
res Sparta: me siquidem mortuo nihi  
lo deterius habitura est patria: sed si Mors  
cessero hostibus, aliquid decedet pa-  
triæ. Itaq; quum Cleandrus pro se du-  
cem desigisset, naualem pugnam ag-  
gressus est, ac pugnando interiit.

## CLEARCHVS.

10 Clearchus militi auribus subinde  
solet inculcare, Militi magis esse metu  
endum imperatore q; hostem: quę vox  
mortem minabatur militi, qui parum  
grauiiter se gessisset in prælio. Honesti  
us aut̄ est cum laude vitam impende-  
re patriæ, q; cum dedecore pœna. Hoc  
dictū nō quiuis milites latrūsint, sed  
bi facile cerebant, quibus matres domi  
solēt edicere, vt aut victores cū armis  
redirent, aut mortui in armis referent.

## CLEOMBROTUS.

11 Cleombrotus Pausaniz filius, quium  
bospes

## CLEOMENIS

**Vrba-** hospes quida controuerisam haberet  
cū patre de virtute, Tantisper; inquit,  
Pater est te p̄st̄tior, quoad tu quoq;  
genueris. Ciuit̄lter deterret hominē  
à cōtentione, q̄ pater vel hoc nomine  
superior effet, q̄ filium dedisset patris  
quum ille nondum pater effet.

## CLEOMENES.

**argutē** 12 Cleomenes Anaxādridæ filius di-  
cere solet, Homerū esse poētam ciuiū  
Lacedēmoniorū, Hesiodū verò Helotū  
hoc est, seruorū, q̄ ille docuisset quo-  
modo gerendū sit bellum, hic quōmo-  
do colendi agri. Nam, vt antē dictum  
est, Lacedēmonij tantum ad bellicas  
res instituebantur, eoq; humiliores o-  
peras & artes manuarias seruis com-  
mittebant, quos illi vocant Helotes.

13 Idem cū Argiis septem dierū pa-  
etus inducias, quū obseruans deprehē-  
disset illos tertia nocte indulgere som-  
no, fiducia videlicet induciari, ador-  
tus est eos, & alios interficit, alios ab-  
duxit captiuos. Ceterū, quū illi pho-  
dare violata iurisfūdi fides, De die-  
**Vastrē** bus, inq, pactus sum, noctes nō addi-  
tae sunt in iureiurando. Quāq; & alio-  
qui quicquid mali quis fecerit hosti-  
bus, id & apud deos & apud homines  
habetur iustitia p̄ficiens: verū huic  
magnificæ voci nō resp̄dit euentus.  
Nam & vrbe, cuius gratia violarat cō-  
menta, frustatus est, eō q̄ mulieres de-  
tractis ē templis deorū armis illū vlt̄  
sunt perinde quasi diis ipſis, quos cō-  
tempserat, p̄cenas de ipso sumentibus.  
Postremo versus indementiam, ipſe si  
bi gla-

## APOPH. LIB. I.

bigladio quodam fodit, & incidit  
corpus à talis vſq; ad loca vitalia, ita-  
que vitam finiit ridens, & ore didu-  
cto. In hoc apophthegmate nihil ha-  
bes imitatu dignum, vtile tamē exem-  
plū ad vitandā iurisfūdi violationē.  
14 Quū augur illū dehortaret ne exer-  
citū educeret ad vrbe Argiūrū, ali-  
oqui redi. ū illinc fore turpem: postea  
quā admouisset ciuitati copias, ac  
portas videret clausas, & mulieres  
menibus. Hic, inquit, reditus tibi tur-  
pis videtur, in quo viris mortuis, vxo-  
res occulserē portas: Fortis animus, fi-  
cū æquo bonoq; fuisset coniunctus.

15 Argiis nō nullis illū cōicio lacel-  
sentibus, vt perirū & impīi, Vobis, Mode  
inquit, potestas est mihi maledicēdi, at ratē  
mihi potestas est vobis faciendi male.  
Admonet, nō esse tutū eos maledictis  
irritare, quibus in manu est, quum ve-  
lint, re ipsa lādere: ad hac nō oportē-  
re potentes humiliorū dictis admōdū  
cōmoueri. Satis enim vindictæ est, qđ  
sicet quū libet vlcisci, quum illis nihil  
aliud reliquum sit q̄ malē loqui.

16 Venerūt ad Cleomenē Samiorū ora-  
tores, hortaturi vt cum Polycrate tyra-  
no bellū suscipere: id quum fecissent  
oratione plus æquo prolixa, resp̄dit  
in hunc modū. Quæ primo loco dixi-  
stis, nō memini, & ob id ne media qui-  
dem intelligo, quæ verò dixistis omni-  
um postrema, non probō. Admonet,  
multiloquii nō solum molestū esse au-  
ditori, verū etiam ad persuadendū inu-  
tile, presertim apud pricipes, tū variis  
curis

## CLEOMENIS

- euris occupatos, tū auribus fastidiosis.  
 17 Pirata quida populabundus discut  
 rebat per agros Lacedæmoniorum. Is  
 ut captius est, rogatus quer id ausus es  
 set, Quoniam, inquit, deerat mihi cōme  
 atus, quem militibus p̄ḡberem, ad eos  
 veni, qui & habebant, nec sp̄ontē da  
 bant, vi erupturus. Ad id Cleomenes,  
 Cōp̄diosia, inquit, malitia: detestatus  
 p̄donios nefarium scelus, probauit ta  
 men orationis expediatam breuitatem  
 18 Quū improbus quidam ipsum con  
 uiciis incesseret. Num idēo, inquit, tu  
 maledicis omnibus, ne si velimus re  
 sp̄odēre, oculi habeamus vicissim de  
 tua dicendi malitia? Ut ē sublimi con  
 tempsit maledicti, nec villo responso,  
 nec alia pena dignum iudicauit ho  
 minem nullius rei, cui nihil esset p̄fici  
 dij p̄t̄r̄ male dicam linguam.  
 19 Quū ē ciuib⁹ quispiam apud eum  
 diceret, bonū regem omnino erga om  
 nes mitem & placidū esse oportere.  
 Sed haec tenus, inquit, ne sit cōtemptui  
 significans, erga improbos mansuetu  
 dinem nimia ēse inutilem ciuitati: no  
 tanq; quorūdā mores, qui principes  
 vehementer bonos & clementes, quū  
 impensius amare debuerint, discunt  
 habere cōtemptui. Fīt quidem p̄cī  
 pua virtus in principe comitas ac mā  
 fuetudo, verum ob malorum ingenii  
 hēc ita temperanda est, vt principiū sua  
 constet autoritas.  
 20 Cum diutino morbo vexatus, ex  
 piatoribus ac diuinis auscultaret, antē  
 nō solitus idem facere, quodā id admi  
 gante

## A P O P H. LIB. I.

3<sup>o</sup>

- gante, Quid miraris, inquit? Non enim  
 idem sum nūc, quī tunc erā. Quū autē argute  
 non sim idem, nec probo eadem. Elu  
 sit quidem ille incōstantia reprehē  
 sionem, verū tamen est, nec eadē place  
 re seni, quā iuueni placuerant.  
 21 Sophila quodā de fortitudine mul  
 ta differente risit Cleomenes. At sophi  
 flæ dicenti, quid rideas Cleomenes, au  
 diens de fortitudine differente, prefer  
 tim quū sis rex? Quoniam, inquit, o am  
 Deco  
 ce, si hirundo de fortitudine loqueret  
 idem facerem quod nūc facio: in aq  
 la, magnō silento auscultarem. Visum  
 est ineptū, quenq; de fortitudine mag  
 nificis vt verbis, qui ipse nihil fortis  
 gessisset vñ quam, nec aliud posset  
 quam in hirundinis morem garris.  
 22 Arguiis profitentibus se prioris cō  
 fictus fortunā in qua victi fuerāt, ite  
 rato prælio sarcire velle. Demiror, in  
 quī, li duarum syllabarū accessione fa  
 cti ellis meliores q̄ eratis prius. Huius  
 apophthegmatis argutia Latinē reddi  
 nō potest. Nam Gr̄cīs μάχας pugna  
 re est, ἀναμάχας redintegrare pugnā.  
 Inter hec duo verba nihil intercessit, nisi  
 q̄ posterius superat prius duabus syl  
 23 Quidā per cōuiciū illū (labis ἀνα  
 dixerat delitiis deditum. At hoc, inqt,  
 satius est q̄ inustū ēse. At tu pecunia- Bellē  
 rū amore teneris, quin quod satis est retor  
 possideas. Argute significauit, nemine tum  
 ēse posse iustitiae tenacem, qui suprà  
 q̄ satis est congregandi studio tenetur:  
 ad hāc stultū ēse, qui alteri leuius ex  
 probrat, vitiū, quū in ipsum ilicō gra  
 uius

### CLEOMENIS

uius crimen possit retorqueri.

Habet 24 Quidam ut Cleomenem cantore quendam cōmendaret, quū aliis multis nominibus prēdicabat hominem, tum illud apō. 42 in primis affirmabat eū esse cantorem Ars in inter Græcos præstantissimū. At Cleomenes oftenso quodam ex his q̄ aderant, At per deos hic, inquit, apud me iuris condidi artifex. Cōtempst at tem solam delectationem vitem.

25 Mæander Samiorū tyrannus ob in curionem Persarū pfugerat Spartam, ostenditq; quantam pecuniarū vim se cum apportasset, & quantū Cleomenis vellet largiri. At Cleomenes ipse q dem nihil accepit, sed veritus ne quid alii ciuibus donaret, adiit Ephoros, dicitq; satius esse si hospitem suū Samiū ē Peloponneso submouerent, ne cui Spartano p̄suadeat vt fiat malus. Ephori verò Cleomenis co cilio parētes, eodē statim die pmulgārū edictū, vt Mæander Peloponneso decederet. Quantus in hoc hoīe diuitiarū cōceptus, q̄ gbus nō secus atq; à p̄sentissimo veneno timuit ciuibus suis: quū pleriq; nō aliter existimat beatas ciuitates, q̄ si q maximē abundant opibus. Hūc Mæander Herodotus li., Mæandriū appellat

26 Quodā interrogāte, quur Argiuos cū Lacedæmoniis bellum gerentes, quū s̄epe numero vicissent, nō deleuerint, Ne optauerimus quidē, inquit illos de letos, vt habeamus q̄ iuuenes nostros exercant. Perspexerat egregius dux, corrupti iuuentum, si permittatur ocio, luxus ac malorū oīm magistro,

Percon-

Inte-  
grē

Indu-  
striē

### APOPH. LIB. I. 40

et Percōtanti cuidā, quam ob causam spartiatē nō dicaret diis spolia ab hostiis detracta, Quoniā, inq; à timidis ter venerūt. Porrò q̄ parta sunt ab his qui ob timiditatē capti sunt, nec decet in tueri iuuenes, nec diis cōsecrata reponi. Sensit, in bello aut vincendum, aut fortiter occidendum, adeo q; rē ignominiosam iudicabat metū mortis, vt aliena quoq; timiditatis monumenta putares ab iuueniū oculis submouēda.

28 Cleomenes quū amicus q̄ dā hospitiū in Phiditiis nihil apposuisset, nisi viñū nigrū, & pane igni duratū, succēsus it hoi dices, Erga pegrinos nō oportere nimīl λακωνία, Seueritas est si q̄ à seipso exigat victum duriorē: at inhumanitatis est, hospitū eodē cōpelle te. CLEOMENES ALTER.

29 Cleomenes Cleobroti filius, quū q̄l piā illi donaret gallos gallinaceos pugnaces, ac munus suū ornās verbis dico ret, illos ob victoriā pugnādo interire. Da igif, inq; mihi aliquot ex his q̄ hos occidūt. Nā illi his sunt p̄statiōres. Vir militaris ad bellū torfit oīa. Quisquis laudat victū, illustrat victoris gloriā.

### L A B O T V S.

30 Labotus cuidā apud ipsum plixiore re vīeti sermone, Quid mihi, inq; de re pūfilla lōga texis p̄emias: Quata res Logia est, tātā oportet & orationē esse qua cītas vteris. Est hoc oīb; Spartanis peculiare offedi sermone q̄ causa postulat lōgio re, adeo nūlq; nō placebat frugalitas: Nam ad causam non magnū adhibere superuacuam verborum copiam, luxurīa genus est. Hunc La-

## LEONTYCHIDAE

Botum Herodotus Leobote appellat,  
quod nobis sonat populi pastorem.

### LEONTYCHIDA S PRIMVS.

**Nō ha**bet in ratione, non, vt vos, proprio morbo.  
Prudēt Prudentis est, pro re nata nouare con-  
silia; at sine causa subinde alium fieri,  
inconstantiae vitium est.

**32** Idem rogatus à quodā, quo pacto

quis bona quæ adsunt tueri valeret, si  
nō oīa, inquit, fortunę crediderit. In a-  
nimis bona nullum ius habet fortuna.  
Tū externa bona reddemus nobis sta-  
biliora, si quedā se posuerimus, nec for-  
tunæ volubili cōserimus. At sunt  
principes, qui proferendæ ditionis stu-  
dio semet in periculū cōcūsiūt, ne hoc  
ipsum qđ habet imperiū amittat: mul-  
titate diuites augendæ rei studio quic-  
quid habet totū committit nūibus.

**33** Interrogatus quid potissimū oportet  
perter pueros ingenuos discere, Que il-  
lis, inquit, vbi ad virilem etatem per-  
tinet, apō. nenerint, vñsi fint futura.

**34** Percōtan̄ i cuiā, quamobrē Sparti  
ata parciſſimē biberent, Ne, inquit, p  
nobis alijs, sed nos potius pro alijs con-  
sultemus: ſalſifimē natās, vinosos nō  
effe ad consultandū idoneos, fed ſal-  
brium confiliorū parens est sobrietas

**35** Leontychidas vnus ē seniorum nu-  
mero, quos ferunt Lacedēmoniis fuſi-  
ſe viginti octo, quū Corinthi cōnaret  
apud hospitē rogauit, num illic ligna  
quadrata naſceretur: illo negāt. Quid  
igitur

## APOHP. LIB. I.

44

igitur, inquit, si quadrata naſcerentur,  
faceretis rotunda: Ita Plutarchus in vi-  
ta Lycurgi. Quanquam hoc alibi refer-  
tur alterius nomine, videlicet A ges filii

### LEONTYCHIDAS ALTER.

**36** Leontychidas Aristone natus, cuiā  
ipſi dicenti, qđ Demarati amici male de  
eo loquerentur, Per deos, inquit, nihil Male-  
miror, quandoquidem nullus illorum dicetis

de quoq̄ bene loqui posset. Docuit cō  
temnendā effe male dicentia, quæ non  
à iudicio, sed ab animi morbo profici  
scitur. Qui verò paſſim male dicūt om  
nibus, eos palā eff id natura vitio fa-  
cere, nō ex eorū merito qbs obtrectat

**37** Quū portæ illi proximæ clavē dra-  
co circūuolutus effet cōplexus, id que  
augures affirmarent effe portentū, Mi-  
hi, inquit, nequaq̄ videtur, sed si clavis

fuisseſt circūplexa draconem, portentū  
erat Lepide irrisit hoīm superstitionē  
qui terrentur his, quę casu, nec prēter  
naturā accidunt. Hūc mortalis ingenij  
morbū alunt augures, arioli, aruspices  
ac diuinī. Verū vbi quis prāter rectū  
& honestū instituit nefaria confilia,

lepidē

tū oportebat horrere portentū, & ali  
quid magni mali sequuturū expectare  
**38** Philippus quidam erat p̄fens Or-  
pheī myſteria, & his alios initiare ſoli  
tus: is quū effet extrema paupertatis,  
tamē apud Leontychidan̄ diceret,

eos qui apud ipsum Orpheī ſacrī ini-  
tiati effent, poſt obitum fore beatos:  
Quin igitur, inquit, ô demens qđ ocyſſi  
mē vitā abrūpis, vt definias infoſlicita-  
tē tuā ac inopīa deplorare? O aim ab oī  
super-

ſtitio  
nulla

K super-

LEONTYCHIDAE

superstitione liberū. Post hāc vitā fœsi  
ceserūt, q̄ hic piē iuste<sup>q</sup>, vixerint, nos  
qui factis ceremoniis fuerit initiatuſ. Hoc  
persuasum erat Lacedemoniis, q̄  
hic piē vixiſſent, eos ab obitu fieri di-  
uos.

LEON.

39 Leon Eurycratidis filius interroga-  
tus, in qua tandem vrbe aliquis posuit  
tutō vitā agere, in ea, inq̄t, quā qui in-

Aequa  
litas

colit, neq; plus possident, neq; minus;  
& vbi iustitia viget, iniustitia imbecil-  
lis est. Autem admonitus, qualitatē  
esse pacis & trāquillitatis altrice: in-  
equalitatē seditionis esse seminariū: nec  
ibi locū esse iustitiae, vbi vt q̄q; potest  
or est, ita licetius opprimit imbecilio.

40 Idem quū videt in Olympiis (re-  
cursores sollicitos de emissione, vt aliquid  
lucrū haberent ad occupanda victori-  
am. Quārō maior est, inquit, cura cur-  
soribus de celeritate, q̄ de iustitia. Vir  
integritatis etiam in ludis volebat  
haberi rationem iustitiae, nec tantum  
agendum vt prior quis ad metam per-  
tingeret, sed vt iuste vinceret.

Justit  
ia

Habef  
ante si  
mile  
fo. 22. a  
pop. 15.

41 Cuidā de rebus haud quaq̄ inutili-  
bus int̄p̄tiū loquenti, O hos pes, in-  
quit, re oportuna nō opportunē vte-  
ris. Nil in oratione melius si parē pro-  
mas lingue thesaurū. LEONIDAS.

42 Leonid. is An axadridē filii, frater  
Cleomenis, cuiādā ad ipsum ita loquen-  
ti, excepto regno nulla re nobis pra-  
ftans, At, inq̄t, n̄ vobis fuisse melior,  
nō eſſe n̄ rex. Moderateſſimo dicto &  
refellit cōiūtiū, & ſuā dignitatē ſibi de-  
ſendit. Etenim vbi reges nō nascuntur,

ſed

APOP. LIB. I.

43 sed ciuiū ſuffragiis eliguntur, hoc ipſo  
publicis calcuis princeps judicaturus ēt  
ceteris melior, q̄ ad regnū aſciitus est.  
44 Quis ad Thermopylas proficisci-  
tur cū Persis conſtituturus, uxori Gor-  
goni roganti ſi quid ipſi mandaret, Vt  
bonis, inquit, nubas, bonosq; liberos  
parias. Hæc vox teſtabatur illum ani-  
mo p̄fagiſſe interitum, nec hac p̄f-  
fentione deterritis est ab expeditione,  
pulcherrimum effe ducens, pro patria  
pugnantem occumbere.

45 Ephoris dicentibus, q̄ ad Thermo-  
pylas proficisciens paucos ſecū educe-  
ret, Nimirū ad hoc, inquit, negociti ad  
quod proficisciuntur. Indicans ſatimul  
tos educi ad moriendū in bello: ſatus  
enim perire paucos quam multos.

46 Rursus quū Ephori p̄cōtarent, ſi  
quid p̄terea rei facere ſtatuerit. Ni-  
hil aliud, inquit, q̄ verbotenus impedi-  
turus Barbarorū transiſum, ſed re ve-  
ra pro Gracis moriſturus. Egregiū im-  
perterriti pectoris documentū, in cau-  
ſa honesta piaq; nec certā morte hor-

47 Vbi peruenerat Thermopylae (refere-  
re), ſic cōmilitones afficius est, Aifit  
Barbarū in p̄opinquo eſſe, nos autem  
tempus terimus. Nūc enim perueni-  
mus ad Barbaros, quos aut vincamus  
oportet, ut vici moriamur.

48 Quodā ita dicente, pro faciliſ Bar-  
barorū nec ſolē videre licet, An nō,  
inquit, lepidum fuerit, ſi cum illis ſub  
vmbra pugnaturi ſumus? Quid hoc a-  
nimō fortius? Ad mortē eunti etiā io-  
ueri libuit: ſed ludēs inter in metū ex-

42

Grati-  
ter

Mors  
cōtem-  
pta

Forti-  
ter

lepidē

exit

## LEONIDAE

emitt suorum animis. Hoc apophthegma  
refert M. T. Tusculanaru quæst. lib. i.  
velut de ignoto, E quibus, inquit, vnuus  
quu Perses hostis in colloquio dixisset  
glorians, solem præ iaculoru multitu-  
dine & sagittaru vmbra nō videbitis,  
In vmbra igitur, inquit, pugnabimus.  
43 Quu alius qdā militu de hostibus  
dixisset. Sunt prope nos, Et nos, inquit,  
prope illos: significans ob id nō minus  
imminere discrimini hosti q ipsi.

Aiosē.

Forti-  
ter

49 Cuidā dicenti, Sionce cū paucis ad  
uersus multos belli fortunā exper-  
tus huc venisti? Leonidas, Si putatis, in-  
quit, me multitudine fretu huc venisse, ne Græcia quidē oī satis sit, Siqui-  
dem ea ad barbaroru multitudinem  
collata exigua portio est: sin virtute,  
& hic numerus sufficerit. In bello iudi-  
cauit plus habere momenti quales du-  
cas milites, quam quam multos.

50 Alteri cuidam dicenti, q cum pau-  
cis aduersus multos confiicturus iret,  
Imo multos, inquit, duco vt moritu-  
ros. Hoc conuenit cum eo, quod ante  
respondit Ephoros.

51 Xerxes Leonidae scripsérat, Si des-  
inas dīoū x̄v, id est, cum diis bellare,  
sed meis te copiis adiuxeris, potes Græ-  
cias fieri monarcha. Huic ita respódit,  
Si nouisses q sint in vita honesta, absit  
nuisses à concupiscendis alienis. Mibi  
verò potius est pro Græcia mori, q in  
populares meos gerere monarchiam.  
Quid tam impium est, quod mortalium  
vulgus non admittat ampli principa-  
tus gratia? At hic prius duxit honestā  
mortem

Iustē

## APOPH. LIB. I.

49

mortem pro amicis liberandis oppre-  
tere, q monarcha factus eos seruitute  
premere, à quibus venerat depulsu-  
rus seruitutem barbarorum.

52 Rursus quum Xerxes scripsisset, Aiosē.  
Mitte arma: rescripti, Veni & cape.  
Maluit armis mori, q traditis armistur  
piter de vita cum hoste pacisci.

53 Ceterū vbi iam adornaret cū hoste  
cōfigere, belli duces admonuerūt, ex-  
pectaret reliquos socios. Non adiunt,  
inquit, qui pugnatūr sunt? An nesci-  
tis eos solos cum hostibus pugnare, q  
reges verentur ac metuant? Non puta-  
uit eos expectando, qui ad præscrip-  
tum ab imperatore tempus non ades-  
sent: reliquos seti si adiunt nō pugnare Graui-

54 Milites sic adhortatus est, Ita præde ter-  
te cōmilitones mei, tanq apud inferos  
cēnatur. Hęc vox ignauis: ademisit a-  
nimū, at viris fortibus addidit: admo-  
nēs ne cibo vinoq; grauesvenirent ad  
pliū, aut certe p patria fortiter occū-  
si. Id percōtanti, quā ob cau- (berēt,  
sam fortes viri gloriosem mortē inglo-  
riæ vi tā anteponāt, Quoniam, inquit, al-  
terū natura proprium, alterū peculiari-  
ter suū esse ducit. Nā naturę benefi-  
cio viuit & ignauissimi, at honestē mo-  
ti nō cōtingit, nisi virtute prædisit.

55 Quū cuperet iuuenes cōlibes, quo  
forēt incolumes, abessē à belli pericu-  
lo, sciret q; illos id minimē laturos, sin  
gulis illorū tradidit scyta las, id est, epi-  
stolarū Laconicarū genus, cūq; his mi-  
lit illos ad Ephoros. Quū verò tres etiā  
ex his, q grādiōres iā duxerāt vxores,

Sapien-

ter.

Huma-  
nitas

B 3 opta-

# LYCVRGI

optaret saluos, ac simili prætextu able  
gare conaretur in patriam, intellecto  
dolo, nō sūst inuerunt accipere scyta-  
las. Quorū vñus ita se excusauit, non  
preco, sed pugnator te sequutus sum.  
Alter vero, hic, inquit, manens ero me-  
lior. Tertius porro, nō postremus, in-  
quit, horum, sed primus in ibo pugna.  
Vtrū hic potius admirari cōuenit, du-  
cis ne animū, qui de se nihil sollicitus,  
eortū incolumitati prospexit, quos ad  
huc viuere referebat patria, an in eta-  
te florenti tantum vita cōtemptum?

## LOCHADVS.

**Forti-** 57 Lochadus Polyænidæ filius, Sironis  
pater, nuntianti q̄ e filiis ipsius alter  
interisset, Olim sciebā, inquit, illi mor-  
riendum esse. Nihil illi vñsum est nouē  
rei, si mortal natus moreret; nec mag-  
ni referre, paulò serius an citius vita  
decederet, cui omnino breui foret de-  
cedendum.

## LYCVRGV.

**Educa-** 58 Lycurgus is qui Lacedæmoniis le-  
ges cōdidit, quū conaret ciues suos à  
moribus p̄ficiens ad temperatiorem  
viuendi rationē traducere, eosq; virtu-  
tis & honesti studiosos reddere; nā e-  
rāt corrupti deliciis: duos educauit ca-  
tulos eodē patre, eademq; matre pro-  
genitos, quorū alterū pasus est, domi  
lautioribus vesci cibis, alterū eductū  
venatibus exercuit. Dein quū ambos  
p̄duxisset in forū apud multitudinē,  
posuit illic spinas, simul & escas ali-  
quas delicatores, mox emisit leporē:  
quū vterq; raperetur ad assueta, alter  
ad escas, alter leporem inuaderet, An-

non

## APOPH. LIB. I. 44

nō videtis, inquit, ciues, duos catulos,  
quū eiusde sint generis, tamen ob di-  
uersem educationē admidū dissimiles  
inter se ēuāisse, plusq; ad honestatē  
mōmetū habere exercitationē q̄ natu-  
ram: sūt qui dicāt, ab illo p̄ductos ca-  
tulos, nō quide ex iisdem parentibus  
natos, sed quorum alter esset ex igno-  
bili canī genere, qui aluntur ad ædiū  
custodiā, alter ex his qui aluntur ad  
venādū. Deinde qui erat ex ignobili-  
iore genere, exercurt ad venatū, alte-  
rū q̄ erat ex p̄ficiōre genere, tantū  
deliciis exercurt. Deinde quū vterq;  
ferretur ad ea quibus assueverat, atq;  
hoc pacto palam omnibus faciliſet Ly-  
curgus, quantū instiſti valeret, tum  
ad meliora, tū ad deteriora, dixit. Pro-  
inde ne nobis quide ò ciues nobilitas  
quā miratur homī vulgus, ductūq; ab  
Hercule genus profuerit, nisi ea gesse-  
rimus, per qua illa mortalitū oīm cla-  
rissimus ac generosissimus extitit, ac p̄  
omneā vita qua honesta sunt & dil-  
camus & exerceamus. Reperit via in-  
geniosus via, qua multitudo nisi philo-  
phicis rationib⁹ nō satis idonea, vir-  
tus: imaginem ob oculos poneret: ma-  
gis enim mouet, ac penetrant in aīos q̄  
cernuntur, q̄ que audiuntur. Quod aut  
ille fecit in ciuitate, hoc cuiq; patrisfa-  
miliā in sua domo, cuiq; moderatori  
in suo grege faciendum est. Res quidē  
efficax est natura, sed potentior est in-  
stitutio, qua malam naturā corrigit &  
vertit in bonā. Quales nascatur liberi  
nulli in manu ēa, at vt recta institutio

E 4 ne

LYCVRGI

**ne** euadant boni, nostræ potestatis est.

**39** Quoniam intelligebat equalitatem & ad frugalitatem & ad cōcordiam in primis cōducere fecerat nouam agro-

**Aequa** rū partitionem, & in singulos ciues æ-  
litas quam portionem distribuerat. Fertur

itaq; quū dein ex peregrinatione redi-  
ens, iter faceret per agrum recens de-

messum, cōspiceretq; manipulorum aceruos ordine positos æquales, de-

lectatus eo spectaculo cum risu dixi-  
se comitibus, Ut tota Lacedæmon vi-

detur multorū esse fratrū, q; nuper in-  
ter se diuiserint hæreditatē. Bono prin-

cipi nihil iucundius est ciuium cōcor-  
dia, rufum tyranō nihil formidabilis.

**so** Idem qui induxit nouis tabulis  
bitores æris alieni liberasset, jam & ea

que quisq; priuatim in ædibus habe-  
bat, ex æquo partiū tentauit, quo fun-

ditus è ciuitate tolleret discrimen opū  
& inæqualitatē: sed quū cerneret eos

ægrē laturos manifesta rerū ablationē  
idem occultiore via facere aggressus

est, monetam aureā simil & argenteā  
abrogauit, instituitq; vt ciues ferreo

dūtaxat numo vterentur, & quatenus  
postulabat vſus ad huius permutationē  
totius substantiæ modi prescripsit.

Hoc facto omnis iniustitia exulabat ab  
Lacedæmone. Neq; enim iam furari,

neq; largitionibus corrūpere corrum-  
pive, neq; fraudare dolo, neq; rapere

per vim quisquā poterat, quod nec ca-  
lari valeret, nec parare magnificū esset

neq; vti periculo vacaret, nec importa-  
re aut exportare tutum foret. Hac arte

**Diuiti-  
arū cō-  
téptus**

viii

**A P O P H. L I B. I.** 49  
vir solerti ingenij, quibus diuitiarum cōtemptum persuadere nō potuit, di-  
uitiarū vſum subtraxit, ac reponendi

ſtudiū negociandiq; materiā ademit.

**51** Ad hæc, quicquid erat rerū super-

vacaneari ē ciuitate ciuicendū curauit  
adeo vt nec negotiator, nec sophista,

nec vates, nec circulator, nec lautitia-

rū artifex Spartā ingredieretur. Neque

enim passus est illi esse pecuniam tali Artes

bus utilem: tantū ferream monetā cu- ſupeas

dit, quæ pondere Aegenetico æqua-

bat minam, valore æreos quatuor. His

remedii expugnauit auaritiam.

**52** Cæterū quī statuisset inuadere de-

litias luxūq; & in his quoq; tollere di-  
uitiarū admirationē, instituit lysititia,

hoc est, conuiua publica. Percontanti

vero quorū ea cōstituisset, sic vt in fin-

Cōmu-  
gulis cōuiuiū pauci cū armis discubē-  
nitas

ret, Ut, inq; expediti sint ad parentū  
imperatis, & si quid tumultus incide-

rit, penes paucos sit delictū, itq; inter

omnes potus ac cibi æqua portio: de-

niq; nō solū in esculentis ac poculētis  
verū ne in stratu quidē, aut vasis, aut

alia re quacūq; plus haberet diues q;

pauper. His rationibus quī diuitis de-

traxisset admirationem, pofteaq; nemo

erat, qui vel vti posset illis, vel ostenta-

re, dicebat amicis, Quām præclarū est

ō amici, ipsa re declarasse cuiusmodi

fint diuitiae, si quando cæcæ sunt, ca- τυφλος

rentq; spectatoribus & admiratorib;. ἡ πλοῦτος

Interim obseruabat, ne quis prius do- τρ

mi sumpta cōna veniret ad publica

cōuiua, & expletis aliis cibis aliōue po-

B , tu.

## LYCVRGI

su. Quod si quis cū ceteris nō biberet  
 ederet, tū vituperabat, vt qui aliis  
 edulis delinit abhorret à victu cō  
 anuni. Porrō qui palam cōiunctus esset  
 id fecisse, ei mulcta dicebatur. Vnde  
 Agis qui multo post Lycurgū tēpore  
 rex fuit, de bellatis Atheniensibus do  
 mū r euersus, quī vellet vñ diem cō  
 nā capere cum vxore, missus à Syssitis  
 poscēti pfecti militiæ nō miserunt. Ea  
 res quī postero die innouisſtūt liphō  
 ris, mulctā illi dixerunt. In eodē facto  
 gemini exēplū nobis est p̄ditū primū  
 frugalitatis, deinde severitatis, quī in  
 causa nō graui leges nec regi peperit  
 et. Sed Lycurgo euenerit, qd̄ fere solet  
 his, q cū corruptis populi moribus bel  
 li suscipiſt. Diuites hoc genus institu  
 tionis indignè ferebāt, coortiq; sunt in  
 illū, & nō folū cōciis insectabant, ve  
 rūetiā laxa in illū iaculabant, conantes  
 eū lapidare. At quī virgerēt perseguen  
 tes, dilapsus est per forū, ac reliquos q  
 dē fugiens anteuertit. Alcāder aut̄ per  
 tinacius insequens fuisse respicent in  
 tergū extudit oculū. Hūc Alcadrū quī  
 noxæ deditū publico decreto accepit  
 sed puniendū, nec vilo affect incōmo  
 do, nec incusauit, sed quī illū sūi insti  
 tuti sociū haberet, effecit vt & ipsum  
 Lycurgum, & vītē rationem quam cū  
 eo egerat, prædicaret: nec victum mo  
 dō, sed vniuersam ciuium educationē  
 amaret, quam Lycurgus induxerat.  
 Porrō mali quod acciderat monumen  
 tum locauit dicatum in templo Mi  
 nervæ, cui ab areo delubrio nomen  
 Chalsi-

Mode  
ratē

## APOPH. LIB. I.

45  
 Chalciceo, dēq; cognomentum ad  
 didit, vt Optiletis diceretur: nam Do  
 res Lacedæmonem incolentes, oculos  
 optilos vocant, ab opto, quod Græcis  
 sonat, video. Et hic habemus gemini exemplum: alterum admonens, non  
 absq; discrimine mores ciuitatis cor  
 ruptæ viciis ad meliorē frugem reu  
 cari: alterū, insignis toleranzia: quā ex  
 hoste capitali reddidit amicū ac propu  
 gnatorem: quem etiam si necesset, vt ip  
 si licuit, nihil tamen minus ipse fuit  
 set luscus, & vno legum suarū defen  
 fore minus habuisset.  
 46 Percontari quam ob causam non  
 vteretur legibus scriptis, Quoniam, in Prudē  
 quit, erudi qui sunt, recte q; educati,  
 probant quid pro ratione tēporis ex  
 pediat: significans scripturā nō muta  
 ri, quī pro varietate occasionum vir  
 probus & sapiens s̄ape numero cog  
 at mutare cōſiliū. Ea res nominatim  
 præscribi non potest. Satis est, ciues  
 honestē fuisse institutos, hi sua sp̄tevi  
 debūt quid p̄ tēpore factō sit opus.  
 47 Rursum alii percōtantibus, quāob  
 rē statuisset, vt ad æditi culmen impo  
 nendū fabri securi vtererunt, ad forē  
 verō addēdas sola ferta, nec vilo alio  
 instrumento. Ut, inquit, ciues medio  
 critatem seruerint in oībus quē in ēdes Fruga  
 inferunt, neq; quicq; habeant earū re  
 literū, quā apud alios sunt admiratio  
 ni. Videbatur enim indecorum, si per  
 ostū rude ac vile supellex inferret ex  
 otica, p̄cio chara, arte oposa. Id ne fie  
 ret ipse quodāmodo forēs admonebat

## LYCVRGI

Hinc aiunt accidisse, q; Leontychidas  
Habef primus apud Lacones rex, quū cena-  
antea apud quandā, cerneret q; tecū do-  
fol. 7. mus sumptuosō apparatu factū, ac la-  
apo. 28 cunariis ornatū, rogabat hospitem,  
num ligna apud eos quadrata na-  
centur: adeò luxum esse putabat, natu-  
ram artificio corrumpere.

Habef 44 Rogatus aliquando Lycurgus, quā  
antē fo ob rem vetus est frequenter aduersus  
14. apo. eosdē expeditiones agere, Ne, inq; dū  
69. crebrō se se defendunt, bellandi periti  
am vsu colligant. Vnde & Agefiaaus  
grauior accusatus est, q; crebris in Boc  
otia expeditionibus, ac bellis Theba-  
nos Lace demoniorū hostes, ad repug-  
nandū induxit. Nā quū Antalcidas  
vidisset illū saucium, ex probrauit, q;  
Thebanos preliandi artem docuerit,  
quū antē nec scirēt bellare, nec vellet,  
Praeclarā, inquit, doctrinā tua merce  
dem habes, qui Thebanos nec anima-  
tores ad bellādū, nec exercitatos, vel in-  
uitos cōsuefeceris, docueris q; bellū ge-  
rere. Hoc stratagem a latius etiā patet,  
videlicet, ne s'epiusquū iisdē litigemus  
aut contendamus, ne tandem affueti vel  
cōtemnant nos vel superent.

57. Alio quopia pōtātē, quā ob rē vir-  
ginū corpora cursibus, luctis, discorū  
acteloris iactibus fatigaret, Vt, inq; fōc  
tuū pōfeminatio ab ipsa statim radice  
Formi- validū in validis corporibus initū su-  
na mēs, rectē germinet: simul vt ipse in p-  
sculæ ferēdis partub; facile simul & genero-  
sē certēt aduersus pariēdi nixus dolo-  
res q; postremo si qua incidat necessi-  
tat

APOP. LIB. I. 47  
tas, possint & p se, & p liberis, & p pa-  
ria pugnare. Intellexit vir prudēs, quā  
ta rerū publicarū pestis fit otū atq; ig-  
nauia: cōtrā moderatos labores etiā cor-  
pora reddere tū firmiora, tū salubrio-  
ra: vnde nec virginibus permīst in o-  
tio viuere, sed has quoq; masculinis ex-  
ercitij quo dāmo do vertit in mas-  
culos, quū in plerisq; ciuitatibus per de-  
litias ac luxum masculi transformare  
tur in feminas.

48. Ceterū quū essent qui vitio darēt,  
q; virgines in pompis ac ludi solenni-  
bus nudas exhiberet oculis oīm, cau-  
samq; quorū id instituisse requireret,  
Vt ihsde, inquit, cū masculis rationibus  
instituta, nihil sint illis inferiores, vel  
robore, vel salubritate corporū, vel a-  
nimorū virtute, ac generositate, studio  
que vere laudis vulgarē aut gloria cō-  
temnāt. Vnde tale quiddam fertur de  
Gorgone Leonidæ vxore, Quū quedā, Addi-  
vt probable est, extera mulier illi di-  
tū ex a-  
xisset, Sole Lacenæ viris imperatis, re-  
lio lo-  
spōdit, Nimirū solæ viros parim. Hoc co per  
exépliū nec in masculis, nec in puellis studio  
imitandum censuerim: haec tenus tamē sū quē  
conducit, ut stupidū pudorem, quifre piam.  
quenter obstat honestis actionib;, ab  
estate tenera excutiamus, statimq; di-  
scant, nihil esse verē pudendum, prāter  
turpitudinem. Innumerās verō reperi-  
as, que nudat yehemēter erubescant:  
si quid prāter honestū dixerint, fece-  
rintue, non mutent colorem. Sūt item  
innumeræ, quibus amictus vilior cul-  
tusq; simplicior genas rubore tingat,

E 7. contrā

Pudor  
prāpo-  
terus.

## LYCVR GI

contrà glorioſum eſſe ducant, ſi ſplendiſo veſtiti prodeant in publicum, negligentes earum rerum, quæ verum probrum, veramque laudem adferunt.

69 Cuius qui à nuptijs abhorreter, co-libes que viuere mallen, à ſpectaculis quibus nudi pueri incedebant, arcebat Lycurgus, aliasq; addebat ignominias hac arte prouidens diligenter, vt cuius creandis liberis operam darent. Quū enim moſ eſſet apud Lacedæmonios, vt iuniores senioribus multū honorē cultiq; præſtarent, hoc honoris admittit ijs, qui coiugib; ductis nollēt au- gerē ciuium numerū. Vnde nec illud in Dercyllidā diētū reprehendit quis quam, quī tamē bellī dux eſſet probatissimus. Quī enim aduenienti iuuenie quidam non auſurgeret, atque ille dice ret, non mihi auſurgens ceſſisti. Nec tu, inquit, mihi ceſſurum genuiſti. Tā pro cax iuuenis dictum in ſeniorē, euq; bellica laude celebre, niuquam tulif- ſet populus Spartanus, niſi pro peſſi- mis ciuib; habuiffet eos, qui ſponte steriles eſſe ſtatuerint, nec agnoveret quid patriæ deberent. Nam rē proprie- intuentibus non ita magnū diſcri- men eſt inter eum qui ciuē occidit, & qui ci uem reip. dare quum poſſit, recuſat.

70 Cuidam percontanti, quam ob eau- ſam lege cauifit, vt ſine dote virgines elocarentur. Vt, inquit, neque propter inopiam vllæ relinquerentur innuptæ neque ob diuitias expeterentur, ſed vt iuuenum quiske ad puellæ mores re-

ſpiciens

## APOHP. LIB. I.

48

ſpiciens ex virtute faceret electionem. Eadem de cauſa fucoſ & ornamento, quibus alia formam vel fingere, vel cōmendare ſolent, ex urbe ſubmouir. Vt vbiq; vir egregius ſtuduit & qua litati.

71 Idem quū certū tempus praſcrip- fiffet, quo pueri nubere, iuuenes du- cere deberet, interrogatus quur id ſta tuendū putari. Vt, inquit, ſoboles ex adultis perfectæq; ætatis parentib; na- ta, valida fit & vegeta. Ex coitu praep- pero non ſolum leduntur corpora gi- gnentū, verum etiā proles naſcitur im- beccilla. Tum qui ante tempus dāt ope- ram liberis, carent apud illos autorita- te, quam ætas conciliat: rurſus qui ver- gente iam ætate, nec fruuntur liberis ſuis, nec eos poſiunt ad perfectam in- ſtitutionem perducere, morte ſenio- que preuenti.

72 Altero quodam admirante, quā ob tem vetuiffet ſponſum cū ſponsa ſimul dormire, ſed ſtatuerit vt vterq; cū ſuis & qualib; maximam diē partē verfa retur, cumq; hiſ totas noctes quiesce- ret, cum ſponsa verò furtim ac verecū dē congrederetur. Primū, inquit, vt cor poribus eſſent validi, ſi non vteretur congreſſu ad ſatietalem, dein vt illis a- mor mutuus ſemper maneret recēs ac vigens: denique vt ſc̄tus & dererent ro- buſſores. Hoc hoc demum eſt pa- triz patrem agere, nūquam non ad- uigilare ad Reipublicā vtilitatem, ciuiumque tum animis, tum corpo- rib; vndiquaque consulere. At multi ſunt,

Coitus mode- ratus.

sunt qui sibi legiti<sup>m</sup> magistratus vi-  
dentur, si quā plurimū tributorū ac  
vectigalium ē ciuib<sup>s</sup> extorqueant, &  
interdū puniant immania scelerā, quū  
aliq<sup>s</sup> scelerū irritamēta p̄b̄at suis.

## Delitie

73 Quin & vnguentū eiecit ē rep. tan-  
quā olei corruptelā ac pñcniē. Nā ole-  
um odoribus vitiatiū nullū habet vsū,  
nec ad esum, nec ad mēbrorū vñctio-  
nem: atq<sup>s</sup>, dū rem necessariā ad delitias  
corrumpunt, fit vt minor sit copia.

74 Submouit & tingendi artificiū, ve-  
luti sensus adulatio nem. Et enim dū co-  
lor blandiſ oculis, natura rei corrūpi-  
tur. In summa, cunctis ornandorum le-  
nocino corporū artificibus Spartana  
vrbe interdixit, vt qui malis artib<sup>s</sup> bo-  
nas arteis corrūperet: propterea quōd  
huiusmodi delitij, ciues à salubribus  
ac serijs exercitamentis auocarentur.

75 Tanta porro erat illis temporibus  
vxorū pudicitia, tantūq<sup>s</sup>; aberat ab ea  
facilitate quæ pōst inuaſit, vt prius ef-  
set incredile, adulterij crimen apud  
Spartanos inueniri: fertur q<sup>s</sup>, dictū cu-  
jusda vetustissimi Spartani Gerade, qui  
rogatus ab hospite quodā, quid poena  
rum darent apud Spartanos adulteri,  
neq<sup>s</sup>; enim videre se quicq<sup>s</sup> super hac  
refancitī à Lycurgo, Nullus, inquit, ò  
amicē apud nos adulteri est. Quum ille  
subieciſſet, Quid igitur si exiitiat? Da-  
bit, inquit, bouem tantū, vt porrecto

Addi-  
tum.

76 Taygetū mótem collo bibat ex  
Eurota. Cumq<sup>s</sup>; ille ridens dixisset, fieri  
non potest, vt tantus bos inueniatur,  
Et quo pacto, inquit Geradas, Spartæ  
exiitiat

existat adulteri, in qua diuitiæ, delitiæ,  
& corporis ascititius cult<sup>s</sup> probro ha-  
bentur: contrā verecūdia, modestia, ac  
obedientia magistratibus debite obser-  
vatio, decori, laudiq<sup>s</sup>; dantur: Pruden-  
ter intellexit Geradas, ibi nō posse na-  
sci vitia, vbi nō admittuntur vitiiorum  
seminaria, eaq<sup>s</sup>; vbiq<sup>s</sup> iacere, quibus p  
honore tribuitur ignominia. Atq<sup>s</sup>: hēc  
est clementissima ratio medēdi prauis  
moribus, excitandiq<sup>s</sup> virtutis studiū.

76 Cuidam postulanti vt in ciuitate p  
aristocratia, id est, optimatum gubernatione,  
constitueret democratia, hoc est, Argu-  
popularem gubernationē, Tu fac, in-  
quit, prius domi tuā democritam insti-  
tuas. Compendio docuit, eam reip. spe-  
ciem nō esse vtilem ciuitati, quā nemo  
vellet esse in sua familia. Ciuitas autē  
nihil aliud q̄ magna domus.

77 Percontanti cur instituisset vt mi-  
nus ac vilibus rebus sacrificaret, Ne  
vnq<sup>s</sup>, inquit Lycurgus, deficiat nos quo  
numen honoremus. Quis non diceret  
in solenni deorum cultu magnificen-  
tiam ac splēdorem adhibendū: At vir  
prudens intellexit, numen magis dele-  
ctari frugalitate, q̄ opimis victimis, ne  
sub religiōis obtentu luxus irreperet,  
aut certe rerū penuria. Deus enim nō  
eget nostris impendijs, amat autē ho-  
mines, quorū necessitatē poterat illis  
impendijs succurri.

78 E certaminibus ea sola concesserat  
exercere, in quibus manus non exten-  
deretur in altū. Eius constitutionis cau-  
san percōtanti, Ne quis, inquit, illorū  
labo

## LYCVRGI

**Esercito** laborando consuetat defatigari. Si quidem exercitia ad confirmandum corporis robur adhibentur, non ad ex haeridas vires. Qui verò subinde de lassantur in exercitamentis, quoniam imbecilliores veniunt ad labores necessarios, facilius deficiunt.

**Strate gemma** 79 Cuidam percōtanti quam ob rem crebrō mutari castra iuberet, Ut magis, inquit, laedamus hostem. Lacedæmonij quoniam erant expediti, nō magno negotio transferebat exercitū: verum idem facere non perinde commodū erat hostibus, magna sarcinum & impedimentoū vim secū trahebibus, præstans qui caltaferē fossis, aggeribus ac vallis solent communire.

**Strate gemma** 80 Roganti qua de causa vetuisset opugnari turre, Ne, inquit, à femina puerove, aut ab alio quoipā homine puerac feminæ non dissimili, viri præstantiores occiduntur. Non probavit prælii genus, in quo virtuti locus non esset. It turribus verò puer aut mulier deieicta saxonum potest virum quemvis fortè interimerre. Quis igit lo-  
sus virtuti in bellis nostris, in quibus precipuas partes agunt bombardæ?

**81** Quum Thebani consularent Ly-  
curgum de sacrificio luctuq; quenil  
hi Leucotheæ solent facere, Si, inquit,  
deam esse creditis, ne lugeatis: fin ho-  
minem, ne vt dea rem diuinā faciat. Mirè taxauit Thebanorum ritus secū  
pugnantes. Non enim conuenit simul  
ludere & sacrificare, hoc est, ab ea pe-  
dere opem, quæ ipsa sit in calamitate,

ac lugē-

## APOPH. LIB. I.

50

ac lugenda.

82 Ciubis quibusdam interroganti- Paup-  
bus, quomodo liceret hostium insultū tas ex-  
effugere. Si, inquit, pauperes fueritis, pedita-  
ne aliis alio plus requirat. Ad opulē-  
tos & onustos prædæ spes invitat ho-  
stem, nec facile potest elabi, qui sarcini  
& impedimenti retardatur: ad hęc  
tutiores sunt ab hostiū incursu, inter  
quos est equalitas, & ex æqualitate cō-  
sideri. Iſſi p̄cōtantib⁹ cur pro- (cordia.  
hibuiſſet vrbē cīngi muris, Quoniam, in  
quit, nō caret mēnibus ciuitas, qua nō Forti-  
tateribus, sed viris cīcta est. Indicauit ter-  
id genus munimenta magis arguere ci-  
vii ignauia, q̄ fortitudinem.

84 Spartanis studio est alere comā, &  
super ea quoq; narrant Lycurgū red- Comā  
didissertationem, Quoniam, inquit, coma  
formosis addit decorum, deformes ve-  
rò reddit hostibus terribiliores. Vt enim  
decet coma speciosos, ita minus  
feliciter specie præditis horrorem ac fe-  
rinum quiddam conciliat. Capillitiū  
naturalis est ornatus, minimoque con-  
ſtanſ: hoc genus non damnauit Lycur-  
gus, vt quid nec operofis artibus con-  
flaret, nec profrugalitate luxum indu-  
ceret. Adscititium cultū magnōq; pa-  
randā lenocinia nō probauit. Quo ma-  
gis detestanda est quorundā præposte-  
ra cura, q̄ corporis eas partes vellūt ra-  
dūtq; qbus natura pilos dedit, nō tātū  
ad decorum aut verecundiam, verum  
etiam ad tuendam valetudinem: cōtrā  
illuc elicunt fyluam artificio, vbi na-  
tura voluit esse glabriem.

Præci-

# LYCVRGI

**25** Præcipere solet, vt posteaquam in  
 bello holte vertissent in fugā, ac supe-  
 rascent, tam diu fugientes insequeren-  
 tur, donec certa effet victoria, moxq;  
 retrocederet. Neq; enim Græcorū con-  
 uenire moribus, eos trucidare qui cel-  
 fissentis idq; non soli honestius, verieta-  
 am vti lius essi dicebat. Siquidē hostes,  
 quibus cum res est, vbi cognorint La-  
 cedæmonios parcer cedentibus, occi-  
 dere verò qui loco non cedunt, sibi cō-  
 ducibilis existimabunt fugere q; per  
 filtere. Frequenter enim desperatio ma-  
 gnū robur addit animo, non minus q;  
 spes victorię. Decet aut̄ Græcos legib;  
 ac disciplinis imbutos etiam in bellis  
 meminisse clementię: Barbarę ferita-  
 tis est, s̄aure in prostratos. Sed rursus  
 ita temperanda est clementia, ne nobis  
 sit exitio. Fit enim non rarò, vt hostis  
 fugam himulet, vt redintegratis virib;  
 acrior insurgat in victorem.

**26** Percōtanti per quā ob rem hostiū  
 casorū cadavera spoliare vetuisset, Ne  
 inquit, dū spolijs incumbit, pugnāne-  
 gitant, sed paupertate vna cū ordine  
 seruent. Ut vir ille sapies vbiq; ciuib;  
 suis metuit à diuitijs, tanq; à fonte pla-  
 rimorū malorū, quī apud hominū vulgū  
 nihil expetat audiūs, quasi in his sint  
 præcipua felicitatis humanae præsidia.  
**27** Dicere solet, Remp. duabus rebus  
 contineri, præmio & poena. Refert M.  
 Tullius lib Epistolarū ad Brutnm.

Hocan **LY SANDER.**  
 tefo. **26** Lysander pretiosas vestes, quas Dio-  
 apo. **46** nylius ad filias ipsius miserat, non accē-  
 pit, dicens, Vereor ne his amicta tur-  
 pes videantur.

**28** Idem quā aliquantò pōst idē Dio-  
 nylius ipsi misisset epistolas duas, iubēs  
 vt vtram elegisset eā mitteret filię. ipsa Vafre.  
 inquit, reūtius eliget: itaq; accepit am-  
 bas & abiit. In hoc exēplo nihil est imi-  
 tandū, nec viro Lacedæmonio dignū:  
 nec aliud ab hoc duce expectandū fe-  
 ré preter malitiosam ingenij vafričiē.  
**29** Is quām egregius simuladi artifex  
 euasisset, ac pleraq; quaē crudeliter & Vtili-  
 auare gerebat, callidis fucis ornaret, ju-  
 tas vir-  
 stū non aliare q; vtilitate, & honestum tuteo  
 cōmodo metiens, fatebatur quidē ve-  
 tor.  
 ritatē mendacio præstatiōrem esse, sed  
 vtriusq; dignitatē in ac pretiū vtilitate  
 astimandā. Inuertit vir improbus phi-  
 losophorū dogma, q; qd honestum est,  
 idem volūt vtile effet: hic quicquid es-  
 set vtile, idē ducebatur honestū.

**30** Ad eos verò qui ipsi probro dabāt,  
 quod pleraq; dolo ac fraude gereret,  
 nō palam virtute conficeret, hac parte  
 Hercule generis autore indignus, ri-  
 dens dixit, Vbi quod vellet nō assequere  
 retrur leonis exuvium, ibi vulpinū ap-  
 plicandum esse: sentiens, q; honestis ra-  
 tionibus non posset effici, id fraude do-  
 lisque perficiendum.

**31** Rursus alijs illi vitio vertētib;, q;  
 fœdera quaē cū iureiurando fecisset in Peri-  
 Mileto violasest, ait, Puertoalis esse diosē.  
 fallēdos, viros iureiurando: quasi hoc  
 ipsi effet viro dignū, periuriō fallere.

**32** Quum Athenienses nō virtute, sed Glorio  
 insidijs vicisset iuxta flumen, cui nomē

Aegis

## LYSANDRI

Aegis, eisq; fame pressis, vrbē in fidē  
 sua accepisset, scripuit Ephoris, Capt̄  
 sunt Athenae: perinde quali vire gessis  
 set, gloriam aucupans mendacio.  
 24 Quū Argui de ditionis finib; am-  
 bigerent cum Lacedæmonijs, aseuera-  
 rentq; se iustiorē habere causam, Lysā  
 Violē. der stricto ense, Qui hoc, inquit, supe-  
 rior est, is optime de finibus disputat.  
 Ab æquo & bono vir insolens ad vim  
 25 Ad Boeotos ancipes, (puocavit,  
 nec huic nec illi parti addictos, quū p  
 illorū confinia saceret iter, legatos mis-  
 sit, q; percontarent, vtrū rectis an infle-  
 xis hastis p illorū agros pfectisci deba-  
 ret: significans siue amici essent & co-  
 titi, siue inimici, nihil minus se ccepto  
 itinere perfecturū, nisi q; per hostium  
 agros iturus esset erectis hastis, ad pro-  
 pulsandū si quis obstiteret: per amico-  
 rum inuersis, veluti nemini noctituras.  
 Hoc dictū nō nihil respicit indolis Laco-  
 nicæ, q; nec inimicis supplex esse vel-  
 let, nec amicis grauis.  
 Liber-  
 tas in  
 dicēdo  
 Megarensi cūda in publico conuē-  
 tu liberius adulterius ipsum loquenti,  
 Tua verba, inquit, amice opus habet ci-  
 uitate: significans, in ciuili consilio cui  
 que liberum esse quē videntur dicere,  
 in bello non esse eandem libertatem.  
 27 Cū ad Corinthiorū q; defecerat mu-  
 ros peruenisset, videns Lacedæmonios  
 milie  
 conates aggredi, ac forte accidisset, vt  
 fo. 26.a  
 po. 44. lepus conspiceretur excitatus transili-  
 Soler-  
 ter. re fōsam. Non pudet, inquit, o Sparta-  
 ni huiusmodi formidare hostes, quo-  
 rū mænibus ob ipsorum ignauia lepo-  
 res in-

## APOPH. LIB. I.

ges indormiunt: Casū fortuitū solertia  
 ducis torfit ad aim addendū militib;. 25  
 28 Eadem in Samothrace oraculū con-  
 sulenti sacerdos iussit, vt quod in vita  
 maximē scleratum cōmitisset, diceret,  
 Ille sacerdote nō rogauit, Vtrū hoc tuo Simile  
 an deorum iussu facere oportet: quom sacerdos dictū  
 respondisset, deorum iussu, et fo.  
 Tu igitur hinc discede, an dijs dicam  
 si percontentur. Hic cuq; liberum est,  
 vtrū malit laudare aim ab omni su-  
 perstitutione liberum, an prudentiā, q; il  
 serferit sacrifici fucum hoc agentis, ut  
 ex conscientia criminis haberet illum  
 obnoxii. Mos erat Lacedæmonijs, ni-  
 hil aggreedi noue roī, nisi consultis o-  
 raculis: at Lysander, quum nulla reli-  
 gioe tñneretur, nihil secuīs hinc quo  
 que solitus eit suis virtijs hon. sti specie  
 petere, tametsi parum succēsset.  
 29 Interroganti Persa, quā Remp. ma-  
 xime pbareret, ēā, inqt, in qua fortibus Præ-  
 virtutis ac meticuloſis cōgrua vtrisq; red mia  
 dūf. Sēsit virtutē inuitari premijs, igni virtutē  
 uos excitari ignominia. Nimirum hoc tū.  
 est, qđ apud Homerū stomachat Achil-  
 les, ide honoris haberi ignauias ac forti-  
 bus. Ea sentētia non solū habet locū in  
 repub. verū etiam in priuatis familijs.  
 Sūt enim hæc duo præcipua ad cōser-  
 uandū cuiuslibet gregis disciplinā. Ho-  
 nos enim non solum alit artes, vt ha-  
 bet prouerbium, verum etiam virtu-  
 tem. Nec tam refert monarchia sit,  
 an aristocratiā, an democratiā, an ali-  
 qua Reipublicæ forma ex his tempe-  
 rata, quam ut in quacūq; gubernatiōnē  
 discrimen

## LYSANDRI

discrimen habeatnr publicū inter vi-  
ros vtilis Reip. & suo viuētes abdomi-  
no Cuidam apud Lysandrū ia-  
stanti, q̄ ipsum & laudib⁹ veheret, &  
aduerſus obrectantates tueretur, Duo,  
ab hoī inquit, mihi sunt boues ruri, tacentib⁹  
bus. Laus ambobus, tamē certo noui vter sit ignauus, vter ad laborem strennuus. Sed  
sit veram virtutem non egere laudib⁹  
humanū, quū ipsa secum ducat sua lau-  
dem ac decus. Cāterū qui nihil gerunt  
præclaris, his opus est præconibus.

Modo  
ratè.  
1. Ad quendam à quo cōuitijs impe-  
tebatur, Dic, inquit, assidue à amicule,  
dic dic, nihil omittas, si qua tuum ani-  
mum malis, quibus videris plenus, ya-  
leas exonerare. Ingentis animi argu-  
mentum, ne ira quidem dignum ar-  
bitrari maledicū, quām in prom-  
ptu esset vltio.

Hoc an-  
te ha-  
betur  
in Age-  
silao, li-  
ter nar-  
ratū, fo-  
lio. n.  
apo. 5t.  
2. Aliquāt pōst defuncto iam Ly-  
sandro, quū de societate belli nata es-  
set cōtrouersia, Agesilaus adiit Lysan-  
dri domū, inquisitus super hac re li-  
teras, quas Lysander apud se detine-  
rat. Reperit autem præterea librū Ly-  
sandro conscriptū de nouando Reip.  
statu, quōd oportet regnū ab Eurytiō  
tidis & Agide ablatū (Nam ex his tan-  
tū familijs fas erat creare reges) in cō-  
mune ponere, ac regem eligi ex opti-  
mis: quo videlicet hoc honoris decer-  
neretur, non his qui genus duxisserent  
ab Hercule, sed ijs qui tales essent vir-  
tute, qualis fuisset Hercules: quando-  
quidem virtutis, nō generis commen-  
datiōe, & ille ad diuinos honores sub-  
iectus

APOPH. LIB. I. 9  
iectus est. Hanc orationē A gesilaus ni-  
tebat apud ciues euulgare, cupiens p̄  
ea ostendere, qualis ciuius clanculus fuil-  
set Lysander, non sine calumnia eorū,  
qui Lysandro fauerat. Sed ferūt Crati-  
dem, qui tum inter Ephoros primas te-  
nebat, veritū ne lecte oratio persuade-  
ret, reuocasse ab eo consilio A gesilaū,  
ac dixisse, non solum non esse refodie-  
dum Lysandrū, sed ipsam potius ora-  
tionē cum illo defodiendam, p̄callidē  
& ad persuadendū accommodatē com-  
posita videretur. Hoc factum declarat  
Lysandri peruersam ambitionem, qui  
nihil intentatum reliquerit ad regni  
adipiscendum sed idem arguit A gesila-  
i moderatione, qui priuatam simula-  
tatem posthabuit vtilitatē re publicā.

3. Cāterū qui filiarū illius nuptias pri-  
us ambierant, mox post' obitum eius,  
q̄ repertus esset pauper, eas recusabat,  
ijs Ephori dixere multā, eō q̄ qué di Seuerē  
uitem esse credentes coluerant, eundē  
iustum ac probū ex paupertate agnitu  
contemerent. Hoc vt apophthegma  
non est, ita salubre est exemplū seueri-  
tatis, quod admoneat in conciliandis  
matrimonij magis spe etiā virtu-  
tem q̄ censum: eos q̄ perfidos & incon-  
stantes esse amicos, qui amicitiam com-  
modo metiuntur, cuius spe adēpta p̄-  
tinus recedunt ab amicitia. Quin & il-  
lud nos admonet, honestius esse fama  
q̄ pecunia ditefcere.

NAMERTES. Vide  
4. Namertes quum legatione fungēs, adie-  
cā quodam eius gentis ad quā erat mis-  
tum,

F. sus, bea

# NICANDRI

sus, beatus prædicaretur, eò q̄ multos  
Amici haberer amicos, interrogavit quomo-  
do qui multos haberer amicos, pericu-  
ratio. lum faceret an amicū haberer sincerū  
ac probum. Id quū alter fasius se nesci-  
re, cuperet discere, Per aduersam, inq̄,  
fortunā. NICANDER.

5 Nicander cūdam dicenti, q̄ Argi-  
ui male de ipso loquerentur, Num i-  
gitur, inquit, dāt pōcas qui de bonis lo-  
quuntur male, significans reimp. male  
moratam, vbi licet impunē maledi-  
cere nihil mali commeritis.

Simile 6 Idem percontanti, quare Lacedēmo-  
fo. 49. nij comam ac barbam alerent, Quoni-  
apo. 31 am, inquit, hic ornatū quam sit homi-  
ni omnium pulcherrimus ac propri-  
us, nullo constat impendio.

7 Cum Atheniensis quidam dixisset, nīmū ò Nicander amplectimini oti-  
um, Verum, inquit, prædicas, sed non  
quemadmodum vos, quocunq; modo  
nobis parare studemus. Senit, otiū ho-  
nestis rationibus partum non esse re-  
prehendum: sed eos vituperio di-  
gnos, qui per fas, nefasq; sectarētur oti-  
um. Otiū autem Atheniensis dixit,  
non exercere sordidas artes.

# Z E V X I D A M V S.

8 Zeuxidamus cūdam percontanti,  
quam ob causam Lacedēmonij leges  
de fortitudine citra scriptum seruarēt  
ac non potius descriptas traducerent iu-  
uenib; legendas, Quoniam, inquit, as-  
suefaciendi sunt, vt præclaris getis po-  
tius quam scriptis intendant. Inertia  
genus est, de fortitudine philosopho-  
gum me-

APOPH. LIB. I. 52  
yum more disputare, sed protinus fa-  
ctis exercenda virtus, quæ paucis do-  
gmatibus tradi potest.

9 Actolo quodam dicente, q̄ qui stu-  
derent probitatem cū fortitudine con-  
iungere, ijs bellum esset potius pace,  
Non per deos, inquit, sed his mors vi-  
ta potior esse debet. Correxit Lacon  
dictum Aetoli. Non enim optandum  
bellum, sed nec in bello, nec in pace li-  
bertatem tueri licet, nisi mortis terro-  
rem abieceris.

# PANTHOIDAS.

10 Panthoidas legatus missus in Asiam, Ante  
ostendentibus ipsi murum probē mu-  
nitum, Per deos, inquit, o hospes, bellū  
conclave mulierum. apo. 29.  
ac fol.

11 Idem quum in Academia philoso-  
phos audisset multa de virtute differē-  
tes, interrogatus, cuiusmodi videren-  
tur eiusmodi sermones. Quid aliud, in  
quit, quām probi, sed prorsus inutiles  
vobis qui illis non vtimini. Salsē  
tēgit mores Atheniensium, qui virtutem  
habent in labris, non in factis.

# P A U S A N I A S.

12 Pausanias Cleombroti filius, quum  
Delij de insula cum Atheniensibus ha-  
berent controuersiam, atq; inter cāte-  
ra dicenter, quōd ex more regionis,  
neq; mulieres in insula parerent, neq;  
mortui sepelirentur. Quomodo igitur argutē  
inquit, hāc insula erit yobis patria, in  
qua neq; fuit quisq; vestrū, nec futury  
est? Argutē notauit ineptiam Deliorū  
consuetudinē, qui suos in patria neq;  
nasci sinerent viuos, nec humari mor-  
E 2. tuos.

# PAVSANIAE

Euos: quū vt mulier, ita nec regio ma-  
 ter sit, nisi gignat. Alienū aut̄ sit à ma-  
 terna pietate, nolle sepeliri quos ga-  
 s; Quū Atheniensū exules (nuit,  
 hortaretur illū, vt aduersus Athenien-  
 ses moueret exercitū, diceretq; q̄ quū  
 in Olympijs praeconis voce promūta-  
 retur vīctor, soli Athenieses ipsum exi-  
 bilassent. Quū hoc, inqt, fecerint in be-  
 ne meritū, quid facturos creditis, si il-  
 lis male fecero? Insigne moderationis  
 exēplū, nihil tā atroci commoueri con-  
 tumelia, at idc ingenij mīrē solertis ar-  
 gumentū, qd̄ adferebatur velut infi-  
 gaturū Pausanias aim ad suscipiendum  
 bellū, id in partē diuersam retorquere  
 14 Percontanti, quūr. Tyrtaeus poetam  
 argute Spartę ciue fessicent. Ne quis, inquit, ex  
 ternus nobis dux fuisse videatur. Poe-  
 tæ apud Lacedæmonios non erant in  
 pretio, nec hoc nomine Tyrtaeus me-  
 ruit apud illos honorē, sed quoniam  
 strenuū duce in bello præliterat, pu-  
 tarūt eam laude patria vindicandam.  
 15 Ad quenda imbecilli corpore, tamē  
 hortantē vt cū hostibus terra marique  
 experiretur, Vis, inquit, igitur positis  
 yestib⁹ teipsum ostendere, qualis sis,  
 qui nobis bellandi es autor? Salsē risit  
 ad id hortantem alios, in quo ipse  
 nihil opis adferre posset.  
 16 Quibusdam in spolijs barbarorum  
 demirantib⁹ pretiosas vestes, Præfi-  
 ter. sapien terat, inquit, ipsoſ eiſi multi precij, q̄  
 possidere pretiosa. Correxit suorū ad-  
 mirationem, eosque ad verorum bo-  
 norum admirationem reuocauit.

Pest

# APOPH. LIB. I

17. Post victoriā à Medis apud Pla-  
 teas reportatam, præcepit suis, vt appo-  
 nerent cōnā Persicā, quam sibi barba-  
 ri prius apparauerant. Ea quū effet opi-  
 para ac sumptuosa, Lurco, inquit, eras  
 Lepi-  
 ò Persa, qui quū tantas haberes delicias de.  
te delinquentem, eidem poenae erat obnoxius, quā datur⁹ erat si peccasset ipse. Ceterum qui obiurgationē molestie ferebat, in magno erat probro. Merito puerū errata imputātur, ijs quorum partes erant ea vel arcere, vel corrigerē. Simul autē magna necessitas habebat, seniores ne quid testibus adoloscentibus preter decorū committeret. Nam quafronc obiurgarent iuniores, si ipsi senes essent obiurgandi?

**Castigatio.** Si quis in peccato deprehensus fuisset, ijs cogebatur aram quandā, quae erat in urbe, circuīre, ac vituperationē interim in ipsum compositam canere, qđ nihil aliud erat, q̄ seipsum sua voce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur ad honesta virgis aut flagris cædi, seruile est.

50 Quin & illi mos erat, vt iuuenes nō solum suos quisq; parentes reverenter, hisq; dicto audientes esent, verū etiam vt oēs seniores revererentur, tum de via cedentes, tum ē sedibus affligrētes, ac prætereuntibus illis taciti quiete. Quare factū est, vt quisq; non quemadmodū sit in alijs ciuitatibus, in propriis modō liberos, seruos ac possessiones autoritatem haberet, veriēti am in amicorum ac vicinorum liberos ac possessiones perinde ius haberet, atque in sua propria: vt omnia q̄ maximē inter se communiter haberent, ac aliena quisq; non aliter q̄ sua curaret.

Intellexerunt illi, quantam vtilitatem haberet communitas, nō adacta, sed ex mutua benevolentia phisicens. Quod enim

# INSTITUTA. LIB. II. 72

enim à Pythagora proditum est, amicorum cōmunia esse oīa, id illi volebant in rep. sua q̄ latissimē patere. Omnes enim ciues inter se amici sunt, multò magis omnes eandem professi religio nem. Postremō inter omnes homines ob hoc ipsum quod homines sunt, intercedere deberet mutua benevolentia.

51 Ceterum puer abs quopīa castigatus, si querelam ad patrē detulisset, tu Discip̄e erat patri, si hoc auditio non iterum plina filium emendasset. Siquidem ex insi- puerō tutione maiorum habebant hanc de se sum. mutuō fiduciam, vt crederent neminā esse, qui cuiusquam liberis, quos quis que pro suis habebat, quicquā imperaret inhonestū. Prima ætas quoniam nō dum sentit quid turpe, quid honestū, verberibus eget. Solent autem pueri à præceptoribus cæsi apud parētes quæ ri de crudelitate eorū à quibus castigatis sunt. Ea res quoniam minuebat aliorum seniorum autoritatem, hanc fens stram ocluserunt liberis suis, vt omnī um seniorū eadem esset in pueros au- toritas, quæ patribus.

52 Furantur illi pueri etiā ex esculen- tis quicquid possunt, discentes dextrā imponere, vel dormientibus, vel indi- ligentius sua seruantibus. Deprehensio poena erat vapulare & esurire. Da- tur enī illis cena perq̄ tenuis, quo dī suopte ingenio depellūt inopia, cogāt audaces esse & callidi. Hoc erat quic- cibi inopia premerent: quin ob id etiā Furādabatur illis vietus exiguis, vti con- suererent nunq̄ expleti ad satietatem

viqua

## LA CONVM

usque, sed famem tollerare possent, si quidem hac ratione existimabat illos & ad bellum utiliores euasuros, si valerent & post toleratam inediā perdurare in laboribus: quin & temperatiōes utilibusque contentos fore, si longo tempore minimis impendijs degerent: insuper si citra obfoniū assueferent viuere, & quemvis cibum appositorum boni consulere, existimabant corpora fore tū salubriora, tum maiora: q̄ subtracta cibi copia cōferret ad proritatem, dum non depressa corpora toluntur in altū potius q̄ in latum, rediūturq; etiā pulchriora. Tenuis enim & gracilis corporū habitudo obsequitur artū momento: obesitas verò ex cibi copia collecta, propter grauitatē oblitit. Ut ea gēs nihil dabat voluptati delitijs ve, sed in omnibus spectabat reip. commoda, longè latēq; dissenties à plurimorum sententiā, qui sibi persuaderet, nihil esse utilius, q̄ pueros immodico cibo potuq; saginare: quum ea res nō modò pigros reddat, & laboribus inutiles, verum etiam tum corpora reddat deformiora, tū ingenia crassi: Nec minor illis cura fuit de florā, genere musices, modulorum & cantionum, q̄ de victu, cultu & ceteris quae commemorauimus. Hæc autem talis erat, vt animi vim ac spiritu excitaret, & cīmptū diuino afflatus simile, ad quæ gerendas accommodū induceret, quum reliquis Græciae ciuitatibus magis placaret musica demulcens, & ad voluntatem mollitięque effeminans.

Musi-  
ca viri  
lis.

animos.

## INSTITUTA LIB. II. 73

animos. Nam Plato magni referre putat, quo genere Musices vtae ciuitas.

14 Quā & orationis genus simplex, & in affectatum, nihil habens molle ac delicatum, nec in alijs versabatur argumentis, q̄ vel in laudibus eorū qui fortiter ac generose vitam exegissent, qui que pro Sparta occupuisserint, & ob id ab omnibus ut beati celebrabātur: vel in vita perandis his qui metu periculorum nihil egregii gestissent, & qui ob ignauiam à morte cruciabilem, infelicemq; vitam viuerent: vel in pollicitatione per glorias studium accendente animos ad virtutē, ad cuiusq; ætatem accommodare. Itaque tres erant apud Chori illos chori iuxta triplex ætatum discri-  
men, quibus in festis simul constitutis seni chorus incipiens canebat,  
Nos fuimus olim strenui iuueneculi.  
Secundus in quo erant viri robuste etatis, ita respondebat,  
At nos sumus, si vis facito periculum.  
Porro tertius, qui erat puerorum ita canebat,  
Præstatores nos futuri olim sumus.  
15 Quin insuper apud illos erant numeri, ad quos temperarent incessum concitandis animis ad fortitudinem, audaciam, mortisque contemptū accōmodi, quibus vtebantur tum in choristum ad tibiā tendentes in hostem: Si quidem Lycurgus rei bellicæ studium cum musices studio copulauit, quo nimirum nimius bellandi ardor modulatione temperatus consonantiam aptumq; cōcentum haberet. Vnde mos erat

Musi-  
ca ge-  
nus.

## LA CONVM

erat, vt in bellis Rex priusq; iniret praelium, Musis sacrificaret, quo pugnantes facinora æderent digna, quæ scriptis honestaq; memoria celebrarentur. Nec permittebat, vt quisq; aliquid de veteri musica mutaret, adeo vt Terpædrū qui effet antiquissimus, & omnū eius ævi citharædorū præstantissimus, egregiusq; gestorū heroicorū celebator, tamē Ephori multauerint, eiusq; cithara arreptæ paxillo affixerint, q; vnam tantū chordā in ea præter necessitatē intendisset, ob vocis varietatē, Nō enim probant modos nisi simplicissimos. Ac Timotheum certatēm in Carniis (id festum erat) in honorem Carni cuiusdā vatis institutū: Pausanias autē indicat apud illos A pollinem dici Carnionem ex Ephoris quidam arrepto ense interrogaret, ex vtra cithara parte incidi vellet chordas quæ acceferant ultra septem. Ut vbiique gens illa frugalitatem colebat, luxum horrebat, metuentes à maiorum institutis recedere, quod ex his fontibus nasci soleat omnis rerumpub. perniciens.

<sup>Super-</sup>  
<sup>Actio-</sup>  
<sup>funeris</sup> Quin & sepulchorum vniuersam superstitionem sustulit Lycurgus, permittens vt non solum intra ciuitatem humarentur cadavera, verum etiam vt monumenta templis vicina haberentur. Submouit & funebres expiatiōes: nec cōcessit, vt quicquam vna cum cadauere sepeliretur. Nam alia nationes si quid fuisse viuo charissimū, id mortuo addebat in sepulchro, damnosus simul ac ridicula superstitione, quasi mortui

INSTITUTA LIB. II. 74  
mortui sentiat aliquid: sed in puniceo amictu, & olea folijs ex equo positos: omnes sepeliri iussit. Vetus etiam titulos & inscriptions addi monumentis, præterquam eorum, qui in bello cedissent. Sustulit autē & luctus & funebres menias, quas reliquorū hominū vulgus incredili sumptu & apparatu, etiā p cōductos ploratores celebrare cōfuevit, magna specie demētia, quasi manū fit vllus sens: aut si qd sentiūt, ijsdē rebus delecten̄, quas in vita non iudicio, sed animi vitio dilexerunt.

Peregrinari illis cōcessum nō erat, ne morū peregrinorū, vitéq; imēposi tē cōtagiū attraheret. Quin & peregrinos vrbe exigebat, ne paulatim infūda <sup>Pere-</sup> tes mali cuiuspīa ciuibus existeret magri gisti. Quisq; aut ciuiū nō tulisset libe rorū suorū iuxta patrios ritus institutio nē, iure ciuiū priuabat. Rursus narrat qdā, qcūq; peregrini Spartanę ciuitatis institutis sustineret exerceri, eū ex Lycurgi sentētia admitti in eā ciuitatis portionē quē fuerat à priscis ordinata. Ceterū vēdere ius ciuitatis nulliphas erat. Perspercerat vir ille prudētissimus commercijs exterorum ac nego ciatorū, ciuitates quāuis bene institutas corrupi, q; ad nequitia oēs sunt, magis dociles quā ad virtutem. Sed nulla mixtura pernitosior, quām quæ per imperij translationem, prolationem inuehitur. Sic influxu Græcarum nationum effeminata est Romæ barbarorum commercio tandem & Sparta ex sanctissima facta est corrū ptissimæ

## LA CON VUM

ptissima: sic aliarum nationum admi-  
xtu effeminata est Gallia, non nihil e-  
tiam Germania.

18 Vicinorum famulis perinde ut suis  
Cōmu vti mos erat, si quādo quis opus habe-  
rit. Itidē & canibus & equis, nisi forsi-  
nitas.

tan his tum opus esset hero. Quin &ru-  
xi si qua re quis egeret, apertis forib,  
& ablatis ab eo qui habebat ad usum  
präsentem accōmo dis, obsignabat lo-  
cū vnde abfulerat atq; abibat. Inter  
huiusmodi mores vbi locū inueniret  
infatibilis auraria? vbi rapacitas alie-  
na pro suis vindicantium? vbi superci-  
lium è diuitijs sumptum? vbi latronū  
immanitas ob aliquantulum nummo-  
rum viatorem ignotum & innocuum  
iugulantiū? Diceris hos germane Chri-  
stianos, si pro Lycurgo Christum nati  
fuissent legumlatore.

callide 19 In bellis vtebātur puniceis tunicis,  
sive q̄ hic color videbatur illis aliqd  
habere virile, sive q̄ sanguineus colo-  
ris rubor plus terroris incuteret bello  
rum imperitis: sive ne protinus cōspic-  
num esset hostibus, si quis vulnus ac-  
cepisset, sed utiliter lateret, ob vestem  
sanguini concolorem.

Confi-  
liū in  
bello. 20 Si quādo strategemate, hoc est, cal-  
lido consilio superallect hostem, Mar-  
ti bouē immolabāt: sin aperto prelio,  
gallum: hoc pacto confusfacientes bel-  
li duces, vt non solum fortes essent ad  
prælium, verum etiam callidis cōcilijs  
aduersus hostem instructi. Præclarious  
enim exultimabant hostem ingenio ci-  
tra sanguinem deicere, quam pugna

plerus

## INSTITVTA. LIB. II. 75

plerunque vtrinq; cruenta.

21 Qum deos comprecātur hoc vo-  
tis addunt, vt possint iniuriam pati, q̄  
neminem iudicant ad gerendum im-  
periū, aut alioqui magnas res obeūdas  
idoneū, qui quavis iniuria cōmoueret.

22 Summa compreicationis hæc erat,  
vt dij bonis adderent honesta, præte-  
rea nihil. Non aliud petebant virtutis  
præmium, quām honestam famam,  
quum multo alia sint aliarum gentiū  
vota, non solum multiloqua, verum eti-  
am inutilia, nonnunquam & turpia à  
dīs postulantur.

23 Venerem quā illi vocāt μεσφό, ar-  
matam colunt, quin omnes etiam deos  
deasq; hac figura fingunt, vt lanceam  
teneant, hac imagine significantes oēs  
esse bellica virtute præditos. Quoniā  
nihil ducebant turpius ignavia, nihil  
bellica virtute pulchrius: tali specie p-  
ponebant deos suos, quales cupiebant  
esse ciues. At cæteroru Græcoru theo-  
logia faciebat deos otiosos & quietos,  
eoque fingebant illos gefu recumben-  
tium. Porrò quū archetypū oīs hone-  
sti petendū fit à numine, periculosum  
est reip. tales facere deos, quales si q̄s  
imitetur, inutilis aut perniciösus fit  
reipublica futurus.

24 Iam & prouerbio celebratum est  
apud illos, admota manu fortunam es Indu-  
se inuocandam: quo significabant, sic fria-  
esse inuocandos deos, vt simul, & ma-  
num apponamus, & noſtrā addamus  
operam, alioqui fruſtra inuocari. Verū  
est, humini acceptum ferri oportere, si  
quid

# LACONUM

quid in actionibus hominū prosperē cedit, sed nō fauet numē otiosis, ac pigris: vult sua munera ad nos, per nostrā venire industriā, ne stultū videat, si faueat ipsius dona, contemnentibus,

25 Pueris ostendebant seruos, qui via-

no effent temulēti, quō magis abominarentur ebrietatē, videntes quām de Temu  
lentia. forme spectaculū sit, homo immodico madens vino, quām q; dementi simili. Imō cogebant Helotes quām plurimū bibere, deinde saltationes ineptas saltare, & carmina quādā ridicula canere. Ita quod alij prolixo sermone, vix persuadēt, sobrietatem esse rem honestissimam, ebrietate, nihil esse homine indignius, illi cōpendio ponebant ob oculos, sed in macipijs, ad quorū mores degenerare ingenuis turpisimum.

26 Mos erat apud illos, nō pulsā (est. re fores atriorū, sed voce foras euocare si quid vellēt. Adeō nihil clam geri volebant, sed propalām omnia.

Parfi-  
monia. 27 Strigilibus quibus sudor abstergatur, nō ferreis, sed arundineis vt beban- tur in balneis, vt minus operofis, paruoq; parabilius mūscquam non memo res frugilitatis ac parsimoniae.

28 Comœdias & Tragœdias non audiabant, vt nec seriō, nec ioco quicq; audirent repugnans legibus. Leges enim prohibent stupra, incestum & adulteria, prohibent dolos, iniurias, furta, cæteraque flagitia: at in fabulis talia poetae diis astingunt. Nec plau- cit illis quorundam excusatio, fabulas ad voluptatem fungi, non ad fidem veri,

# INSTITUTA. LIB. II. 78

veri. Voluptas ea corrumpit imbecilium animos. Hanc ob causam Archi lochum poëtam cum venisset in Lace dæmonem, eadem hora expulerunt, quōd intellexerant ab illo scriptum, satius esse abijcere arma, quām mori.

Carmen sic habet,  
Scuto aliquis gaudet Sæiorum, quod  
bene pulcrum

Deserui nobiles inter opaca rubi.

Ille quidem clypeus valeat, quoniam mihi pothac

Illo haud deterior forsitan obueniet.

20 Virginibus ac pueris sacra erant cō munia, quo vel sic puellæ ad masculinum robur proficerent.

21 Sciraphidam mulctarunt Ephori, Leni-  
q; à multis erat iniuria affectus. Inter- tas pra-  
pretabantur enim illius ignauiam esse ua-  
in causa, q; complures auderent eundē lædere. Nam qui veterem impunè fert  
iniuriam, iniurat nouam. Si qui primis  
laeserat delatus dedisset peinas legib;, cæteri temperassent ab iniuria.

22 Scutiferum militem interemere, q;  
scuto nonnihil purpurei panni inter-  
texuissest. In tantum horrebant exem-  
plum peregrinæ luxuriæ, non ignari Seueri  
ex minimis initij; immedicabilem vi-  
tiorum colluuiē inundare, eoq; tutissi-  
mum esse iudicantes principijs obsta-  
re. Ob id in primos autores seuerissi-  
mè animaduertebat. Plurimū nocuit  
reip. quisquis fenestrā vitijs aperuit.  
23 Adolescētulum ex eorum numero Pere-  
qui exercebantur, increpuerunt, quōd grini  
vīa nosset quæ ducit in Pyleam: adeō mores  
studebant

## LACONVM

Audebant suos à peregrinationibus rerum exoticarum cognitione seruare alienos, ne per occasionem à patrijs institutis degeneraret: præsertim cū Arcadia, cuius est Pylea, luxu, delitij, &c barbaricis effet corrupta.

Loqua  
citas.

33 Ctesiphontem eiecerūt, qui se profitebatur de re quavis totum diem posse dicere, dicentes, Boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem. Nulla in re iustius putarunt adhibendā frugalitatem q̄ in oratione, quā Hesiodus non aliter quam pretiosum thesaurū parcissimē censem̄ esse depromendā ad v̄sum, nō ad ostentationem.

Pueri-  
ta du-  
ra.

34 Pueri apud illos in ara Dianæ, cui ab indecibili virtute cognomen Orthia, flagellis ex more totum diem ceduntur: Itaque frequenter durant ad mortem usq; hilares ac lati, concertantes inter se se de victoria, quis ipsorum diutissimē fortissimē toleret verbera, vīctor cū primis celebris habetur. Hoc certaminis genus appellant *diacusinidys*: Renouatur autem quotannis. Huius consuetudinis originem indicat Plutarchus in vita Aristidis. Quī Pausanias paulisper semotus à statione militum rem diuinam faceret, Lydiam quicunque incursive facta, sacrificiorum apparatum diripuerunt: quos ipse cū comitibus suis comprehensos, quoniam inermes erant, loris cecidit. In huius facti memoriam fieri ceptum est, Sparte quod retulimus. Pausanias in Laco-nicis diuersam adfert huius consuetudinis causam. Quum Limmatas, Cyno-furens

APOPH. LIB. II. 77  
suresnes, Melsoani, & Pitanienses Diana sacrificarent, in dissidium venerūt, ex dissidio ad pugna n, adeò vt multis cā daueribus ara cōpleretur, reliques per silentia consumpsit. Hinc proditū est oraculū, arā Diana humano sanguine expiandā esse. Quī igitur immolarent euicunq; fors obuenisset, Lycurgus eā mactationē vertit in flagellationem adolescentiolorum. Ita factū est, vt circa necem hominū ara sanguinē humano ex piaretur. Hoc exemplū vt imitari sit in eptū, ita nobis exprobrat inmodicam indulgentiam erga pueros, qui sic in delitijs eos educamus, vt ad studiorū quoq; laborē sint inutiles, & oīs incrementationē quis blandi, impatientes.

35 Hac vt cuncte astimentur, vñ tam quiddā ad honestatē, ac beatitudinem conducens ciuibus suis præstatis videtur Lycurgus. Quid hoc: Afia berale tim otij, propterea q̄ sedentarias artes in totum attingere phas non erat. Neq; probris opus erat villo opificio, negotio operofōque ad queſtū, postea q̄ diuitijs in totum tum admirationē, tum honorem ademerat. Sed Helotes, hoc est, mancipia colebant illis agros, frumentūque reddabant à maioriibus præfinitum. Sunt & hodie qui hoc exemplū imitantur, per seruos, aut conductitias operas: aut per eos quos ex liberis seruos faciunt pleraque facientes, non vt ipsis interim vacet meditari meliora, sed vt otium habeant bibēdi, aut ludendi aleam.

36 Erat autem detestabile, si quis plu-  
ris ali-

## LACAE NARVM

ris aliqui locaster agri, quām erat prae scriptum: quo simul & mancipia luceri gratia libertius inferuissent, nec ciues plus solito quererent. Quanto cō filio ea gens omnium vitiorum materiam in mancipia reijsiebat, ab ingenuis arcebat, contrā q̄ reliquæ faciebant nationes, quā luxus libidinis, avaritiae, temulentiae que seminaria vindicant, seruos ad paupertatem & frugalitatem adiungunt.

37 Interdictum erat illis nauticā exercere, ac naualibus vti pugnis, tametū pōst naualibus praelijs mare potiti ruitus abstinerunt, quī persiceret ciuiī mores corrūpi. Sed denuo ab hac sententia mutati sunt, quemadmodum in ceteris omnibus. Vbi pecuniae sunt in

Pecunia pe-  
nisa per-  
sistora-  
tes. Lacedæmoniorū regionem conuicta,  
qui eas importarant morte damnata  
sunt. Siquidem Alcameni ac Theopom-

po regibus hoc oraculum erat redditum, Pecuniarum amor Spartam perdet. Nihilō secius tamen Lysander de uictis Athenieniūbus, magnam auri argenteique vim inuexit, nec solum pecunias receperunt, verum etiam ipsi viro honos est habitus. Proinde Sparta donec Lycurgi legibus vteretur, nec à iureuando recederet, sexcentis annis in Græcia primas tenuit & legum æquitate & gloria. Cæterū quū ab his paulatim defuerit, inundaretque obiter diuitiarū amor, & avaritiae malum: non solum ob hæc decrevit illorū potestia, verum etiam quibus anteā socijs & amicis in bello fuerant vni, eos inimi-

cos

## APOPH. LIB. II. 75

co habere coeperunt. Porro quū ita se gererent, tamen post Philippi Macedonis in Cheronea victoriā, quanq̄ Græci cæteri omnes illum imperatore terra pariter ac mari declarassent, ac post hunc Alexandrum filium, eueris Thebanis, soli Lacedæmonij tametū ciuitatem haberent nullis cinctam inuris, esentq; non modò perpauci propter af fidua bella, sed multo quām anteā imbecilliores captu faciles essent facti, quoniam adhuc seruabant admodum exiguae quasdam Lycurgicarum legū scintillas, non se præbuerunt bellī socios, neq; cæteris Græcis, neq; post Macedæmonios regibus, neq; in commu Dege- ne cum illis concilium venerunt, neq; ner- tributi pēdere coacti sunt: donec per tio- omnia contēptis Lycurgi legibus, à p- prijs ciuib⁹ tyrranni de oppresi sunt, ita vt nihil iam reliquii esset patrie in- stitutionis, sed reliquorum similes effe- cit, & gloria, & libertate quām prius obtinuerant exutis sunt, & in seruitu- tem traducti: ac nūc quemadmodum cæteri sub Romanorū viuunt imperio. Graue documentū viuueris, imperia virtute parari: avaritia, luxu, delitjisq; vel perire, vel verti in tyrannidem.

## APOH THEGMATA LACAE NARVM.

1 Archileonis Brasida mater, post obi- tum filij quum Amphipolitæ quidam Habet venissent Spartam, eamque inuiserent, fo. 28.2 percotata est nū honeste, & vt Sparta- no dignum erat occubuisse: illis iu- uenis virtutem amplificantibus ac di-

H 2 centi

# LACAENARVM

centibus, eum in bellicis negotijs Lacedæmoniorū oīm esse prætatiſſimū, respondit, O hōſpes, honestus quidem ac strennus erat filius meo, sed multo illo prætantioſes habet Lacedæmon.

**Pecuia** 2 Gorgo Cleomenis regis filia, quum Aristagoras Milesius Cleomenē ad bellum pro Ionib⁹ aduersus regē Persarum ſuſcipiendum hortaretur, magnā cōtem magis ille recufabat, tanto plus adderet promiſſæ ſumme. Pater, inquit, corrupet te hic peregrinus, ni ocyus ē adib⁹ extruderis. Vbi nūc ſunt qui dicunt, auarū mulierū genus, qui Gorgo a hortatrice patri fuerit dehortatrix.

**Simile** 3. Eadem quū pater aliquando mādā ſet, vt cui dā mercedes noīe daret frumentum, & elogium addidiſſet, docuit enim me vinum reddere ſuauius. Erante fo-  
**23-apo** gō, inquit, ô pater, & vini plus bibetur & qui bibent delicatores, deterioreſ-  
22. que reddentur. Quis fatis prædicet hanc puellam, & ſene, & viro ſuērōrem. Atqui ſolēt hic ſexus maximē capi rebus ſuauib⁹.

**Seuerē** 4. Eadem quum videret Aristagoram à quoipā ē famulis calceari, Quid, inq̄ pater? Hōſpes iſte man⁹ nō habet. Exiſtimabant nō ferendas viri delitias q̄ in eo abutebat famuli opera, qđ ipſe ſuis manibus facere ſibi poterat. Et non pudet quosdā quibus veltendis comēdiſq; vix decē famuli ſufficiunt? Ops eſt famulo q̄ vētrē exoneraturo ſoluat ligulas, q̄ ſcenū aut lanā porrigit exterrifico, ac minimo minus quia bſtergat.

Quum

# APOPH. LIB. II. 79

5. Quum hōſpes quispiam molliter & egrē veltēm prælongam attraheret, protulit hominē, dicens, Non tu hinc abis, q̄ nec ea poſſis quæ ſunt formarum. Mulierū eſt lanicioſis & in humū defluentibus vti veltib⁹, quin & caudas admodum lōgas interdum trahit, nec tamen grauantur onore aut ſuccinā. Gyrtias, quum Acrotatus (gunt. qui illi erat ex filia nepos, ē quadam puerorum pugna multis acceptis plagiis domum pro examini relatus eſſet, Forti- plorantibus cæteris familiaribus ac no- ter. tis, Non tacebitis, inquit. Declarauit cu- ius eſſet ſanguinis. Addidit fortes non eſſe complorandoſ, ſed ſanandoſ.

7. Quum illi ē Creta nuntius eſſet al- latus de morte Acrotati, Quum ad ho- Forti- fites, inquit, proficiceretur, nonne fu- ter. turum erat, vt aut ipſe moreretur, aut illos occideret. lucundius autem eſt au- dire quōd mortuus eſt, vt & ipſo, & ciuitate, & progenitoribus dignū erat, Prude- quām ſi iners & imbellis per omne æ- ter. tum viueret. Solent aut̄ tenerius & impotētū amare nepotes ſuoi, quām ipſe matres. Et vbi nūc ſunt quæ in morte liberorum confugiunt ad laqueum, quum Gyrtias nepotem & ſe minecem lugeri vetuerit, nec eundē flendū putarit, quōd fortiter pug- nanti interiſſet?

7. Damatia quum accepiffet filium ita ſe gerere in bello, vt tali matre vi- deretur indignus, domum redeunte in- teremitt. Qua de re hoc fertur epi- gramma.

H 3 Tram

# LACENARVM

**Forti-** Trāgredītū leges mater Damatria nati,  
ter. Ipsa Lacena necat nō Lacedēmoniū.  
Hoc facinus propius accedit ad barba-  
ricam immanitatem, quām ad fortitudi-  
nem, utile tam ē exemplum est ad ex-  
probrandam vulgo matrum nimis in  
liberos indulgentiam, quae ob hoc ip-  
sum sāpe impotentius amat eos, quod  
sint nequitia corruptissimi.

**Forti-** Altera quādā Lacēna filiū, qui de-  
serto in acie loco fugerat, vt patri indi-  
gnū intererit, dicēs: Haud meū est ger-  
men, in quam extat epigramma.  
Germen iners ab eas ad tartara, tēque

perosus,

Eurotas ceruis nec det aquā timidis.  
Ignauus catulus, mala fors, hinc vade  
sub orcum,

I. Sparta indigns, quē ego nec peperi.  
Alia quādā quum filiū audis et forti-  
ter in acie cecidisse, ait:

Fol. 52. Ploreū timidi, mi iflets humabere nate,  
apo. 48. Et matre hac vera digna es & patria.  
Hoc ante tributū est Tynnicho, quod

tame Philelphs separatis cōmemorat

Aiosē. 10 Alia quādā vt audierat filiū inco-  
lumē, sed fugisse ab hostibus, scripsit il-  
li: Malus rumor de te sparsus est, aut  
hunc dilue, aut ne sis. Præstabilius iu-  
dicauit mori, q̄ cū ignominia viuere.

11 Alia rursus quum filij qui ē prælio  
fugerat, ad ipsam venirent, Quō, inq,  
itis ignauia & fugitiua mācipia? & offe-  
so vētre, Num hoc, inquit, denuō subi-  
turi vnde emersisti? Hoc apophthe-  
gma Cynica dignum est.

12 Quādā filium ad se venientem eō  
spica

# APOPH. LIB. II.

23

spicata, percontata est quid ageret pa-  
tria: is quū respō diffet, perire oēs, late-  
ré cōiecit in illū, occidit q̄ dicēs: Te igi  
tur nobis misere mali nūciū: Vita puta  
uit indignū, q̄ cū suis pire nō sustinuis-  
13 Cuidā qui matri narrasset q̄ (set.  
generosè frater occubuisse, Proinde Aiosē  
an non turpe est, inquit, tibi non conti-  
gisse illi esse comitem?

14 Quādā filios quos habebat quinq;  
posteaq; in bellū emiserat, ante subur-  
biū stabat expectās q̄s effet belli exitis.  
Ut accessit q̄spīa nūcians filios illis oēs

occubuisse, Nō istuc percontabar, inq,  
ignauū mācipiū, sed qd ageret patria-  
ter. Is cū respō diffet, à patria itētisē victo-  
riā, Libēter igit, inq, accipio filiorū in  
teritū. Egregia mulier priuatū in libe-  
ros affectū publicē in patriam pietati

15 Quādā se piebat filiū, (posthabuit.  
ad eā quū vilis anicula quādā accessi-  
set, dicens, Heu fortunam, ô mulier, il-  
la subiecit, Per geminos, inquit, bonā ter.  
equidē arbitror. Siquidē cuius gratia si

lium peperi, videlicet vt p Sparta mo-  
reretur, id mihi cōtigit. Fortissima mu-  
lier anicula deplorationem vertit in  
gratulationem. Huius meminit M. Tul-  
lius Tuscu, quāst. lib. primo.

16 Quum mulier quādā Ionica de  
textō quādā suō vt precioso gloriare-  
tur, Lacena ostēsis quatuor filiis quos ter.  
habebat moribus cōpositissimis, Huius  
modi, inquit, decet esse honesta probe  
que mulieriso pera, déque his tollere  
animos & gloriarī. Iones operofis te-

H 4 xturis

## LACAENARVM

auris vacant, quæ varia picturarum habent argumenta. At Spartana docuit, nulli op̄ esse præclarus, q̄ si filios honestis moribus instituat. Hic enim melius ornari patria, q̄ auleis aut vestibus  
 Simile superi ori ap.  
 17. Alia quū accepisset q̄ filiis (Ionicis) peregrē agēs, inhonestē se gereret, scū p̄sit illi, Malo rumor de te sparsus est, hunc tollito, aut ne esto.  
 18. Similiter quum Chij exules venissent Spartam, multis nominibus incubabant Pædaretum. Eos mater Teleutia ad se accersit: ex his vbi cognouisset quā filio obijcerent, videretur q̄ filius in culpa esse, scriptis illi in hunc modū, Mater Pædaretum, vt aut melius viueret, aut illic maneret, desperans se Spartæ esse incolumem. Virago morte minata est filio, ni mores corrigeret su  
 Seuerē  
 19. Altera filio iniuriarum postu (os.) lato, Aut criminis, inqt; fili, aut vita teipsum libera. Mater in filii superior q̄ iudex, quā extinctum malebat, quām cū ignominia viuum.  
 Clau-  
dus.  
 20. Alia filium Claudum in acie proficiscentem deducens, Fili, inquit, singulo quoque gradu fac virtutis memineris. Alius claudicationis vitium sollet formidinem incutere: at hæc mouuit vt ex ipso vitio sumeret animos ad rem fortiter gerendam ita cogitās, nihil est in fuga præsidij clando, aut vincendum est, aut moriendum.  
 21. Alia quū illi filius redisset ex acie, atq; ex vulnere pedibus vehementer doleret. Si virtutis, inquit, memineris è fili, non solū nō dolebis, verū etiā bo

APOPH. LIB. II. 3  
 no futurus es aio. At vulgus matrū sollet filiorū dolore suis quarimonij & lachrymis exasperare, hæc animauit ad doloris tolerantiam.  
 22. Lacedæmonius quidā sic in bello vulneratus, vt ingredi non posset, sed quadrupedū more ambularet, quū ob id deritus erubesceret, à matre reprobatur. Fortis hensus est his verbis: Quanto præstat bat fili de fortitudine gaudere, quām de stulto risu pudescere! Simile narrat Cicero de matre Sp. Claudij, verba mulieris sumens ex apophthegmate, quod paulò antè præcessit.  
 23. Alia clypeum imponens filio, sic illum adhortata est, Fili, aut hunc, aut su Fortis per hunc: Laconica breuitate sentiuntur ter. sic rem gerendam in bello, aut vt viator clypeum referret, aut mortuus in eo domum reportaretur.  
 24. Alia rursus filio ad bellum proficiscenti clypeum imponens. Hunc, in ter. quid, tibi pater semper seruauit, proinde tu fac serues eundem, aut ne sis.  
 25. Alia filio dicēti quod breuem habet gladium, Tn, inquit, adde gradū significans nihil obfuturam gladij breuitatē, si proprius ad hostem accederet.  
 26. Alia quum audisset, q̄ filius fortis. Fortis ter in prælio se gerēs occubuisset: Nitera mirū, inqt; meus erat. Non deplorauit morte filii, sed de virtute sibi gratulata est. Cōtrā, quū de altero audisset, q̄ ob timiditate prælii detractasalus esset: Nimirū, inqt; nō erat meus: sentiuntur non esse habendos pro liberis qui à parentū institutione degenerassent.

# LACENABVM

27 Alia quum audisset filium in prælio cæsum, Deponite illum, inquit, vñ erat in ordine locatus, eiusq; locū ex pleat frater. Tale robur aī q; in paucis reperias viris. Nō metuit orbitatē, modo vita patriæ impenderetur.

28 Alia quū in publica solēniq; pompa audisset, filium in præliū quidem tulisse victoria, sed ex vulnerum multitudine mori, corona nō depositus, sed glorians comitibus dixit, Quantō pulchrius est amicē, in acie victorem occubere, q; in Olympijs, parta victoria viuere. Quantū hæc virago diffensit à ceteris mortalibus, quibus persuasum erat, dijs proximū esse in Olympijs ferre palmā, quū ibi nō ageretur certamē virtutis, sed artis & impendiorum: tū nihil esse terribilius morte, neq; quicq; esse tanti, quod vita iactura sit emendū? Hæc nullā existimauit victoriā speciosiorem, q; quæ patria quereretur, nec vñlā mortem optabiliorem, q; quæ cum hac laude contigisset.

29 Quū quida sorori sua narraret, q; fortiter ipsius filius in prælio occubuerat, Quātū, inquit, illa de filio cœpi voluptatis, tantum tuā doleo vicem, qui fo. 48. à tam honesta societate defeceris.

<sup>Simile</sup> antea apo. 17. 10 Quidam Lacena missio nuncio sollicitauit, num assentiretur vt ipsi sui faceret copiā. Cui illa respōdit, Quum es sem puerula, parēti obediare didici, idq; feci, mulier autē facta, viro. Itaq; si me inuitat ad honesta, viro meo primum rem aperiat.

30 Virgo quædam paupercula rogan-  
ti quam

# APOPH. LIB. II.

31 quam sponso dotem effet allatura, Pudicitia, inquit, à maioribus traditā. Generofē professā est, eam esse pulchrē dotatam, quæ mores incorruptos adferret ad nuptias.

32 Lacena rogata, num ad virum acceditisset, Non, inquit, sed ille ad me: significans sese non libidinis causa communiciū habere cum viro, sed parentibus ac legibus obtemperantem. Turpissimum enim esse foeminae, si virū ad coitum soliciteret.

33 Virgo quædam clanculum corrumpa fœtū extinxit, tā interim patiēs dolorū, vt nullā æderet vocem, adeo vt parturiens & patrem & alios qui adest, falleret. Nam magnitudinem cruentatus turpitudum cum honestate coniū Forte-  
ta superavit. Generosi animi erat q; ter. ignominiam pati non posset: factum ipsum habebat turpitudinem, quamvt effugeret, nixus, in quibus aliae mulieres solent miseris voces ædere, filiatio perpetua est.

34 Alia quum venderetur, interroga ta quid sciret, Fidelis inquit, esse. Existimabat fidem in famula quovis opirose. ficio esse melius.

35 Alia similiter captiuā, quū interrogaret, qd sciret, Probē, inqt regere domū. Et hec nō vulgaris ars est in mulie Ante 36 Quæda à licitatore interroga (re. fo. 40. ta, nū effet futura pba, si ipsam emeret, apo. 16. Itiā, inquit, si me non emeris.

37 Alia quum in auctione præco rogaret illa quid sciret, Libera, inquit, esse: significans sese captiuā quide esse, cæte

## LACAENABVM

rum ad illiberalia sussa nō paritaram. Itaque quum emptor imperasset quae dā non conuenientia liberæ, plorabis, inquit, qui tibi ipsi talē inuidērī posse fessiōnem, moxque fibi necē cōsciuīt.

38 Ageſistrata quum Agidē filiū exā nimē iacentem videret, exosculata fa- ciem dixit, Nimia tua ô fili bonitas, ni- mīa māfuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. Moliebatur enim A- gis facinus sanè p̄eclarū, sed inuidio- sum, nimīrū vt degenerantes Lacedæ- moniorum mores, ad prīcā illam seu- ritatē reuocaret. Interim dū studet of- fendere neminem, & gratificari omni- bus, semotipsum in exitium coniecit.

Pietas  
in pa-  
triā.  
Serue-  
rūtur-  
ba.

39 Eadem laqueo guttur inserens, In hoc tantum, inquit, Sparta vtilis fui. Doluit generosa fōminā, quōd filio non licuit de patria quemadmodum voluit bene mereri.

40 Quum Thebani irrūpissent in La- conicā, & inter captiōes captiuaſq; multos etiā abducīſent Helotas, iufce- runt illos Terpādri, Alemanis ac Spen- donis Laconica carmina canere: illi re- cūsarunt dicētes, id nolle filias heriles, adeò plus apud illos valuit concepti- uarum puellarū autoritas, q̄ iuſſa victo- ris. Hinc probarunt quida esse verum qđ vulgo diceretur: liberū Spartę ma- xime liberū esse, cōtrā, seruū maximē seruū. Ita Plutarch. in vita Lycurgi.

41 Thebano vestem induens casū bra- chium nudauit: cuidam autem dicēti, ô pulchrum brachium, At non publi- cum, inquit. Admonens yni pulchrū

APOPH. LIB. II. ¶  
ſſe, non cuius, & laudatoris illius. in- temperatiā notans, qui alieni cor- poris nimiū curiosus ſpectator eſſet.

## CHILONIS LACONIS

### Apophthegmata.

1 Nō dubiuſ eſt qn Chilo Lacedæmo- nius, qui fertur vnuſ de numero ſeptē Grac̄i sapienti, in apophthegmati- Laconicā indolē retulerit, quanq̄ ſcri- ptorsi, vt opinor, vicio, nō habent can- dē gratiā q illi tribūtūr. Diogenes La- értius hēc illi aſcribit. Fratri queren- ti q̄ Ephorus ipſe nō creare eſt, qui illē eſſet: Ego, inquit, iniuriā ferre noui, tu Idē tri- nō: significans neminē eſſe idoneū ma- buitur iſtrati, q nō poſſit diſſimulare mul- alteri. ta preter æquū & bonū facta, iuxta il- Moda lud, ἀρχαὶ καὶ σοφοὶ, Δικαιῶς καὶ δίκαιος, ratē id eſt. Princeps ēqua & iniqua pariter

2 Ab Aesopo interrogatus, (audias. quid ageret lupiter, respondit, Excel- Vicissi- fa deprimit, depreſſa extollit: indicans tudo arbitrio numinis res hominum fur- rerum sum deorum volui reuoluīq;.

3 Interrogatus, qua re docti p̄æcelle Virtu- rent indoctos, Bona, inquit, ſpe. Do- tis p̄æ- etos ait appellabat, honestis legibus mia. ac moribus institutos, & iuxta rectam institutionem vitā agentes. Hi cæteris rebus pares hoc vno ſuperant impro- bos, q̄ pōt hanc vitam ſperant rectē factorum p̄æmia. Nam Lacones exi- ſtimabant egregios viros post obitum in vitā beatā translatos fieri diuos.

4 Dicere ſolet, q̄ Lydius lapis eſt au- ro, id aurū eſſe homini. Lapis enim in- Auri- dax aſſicruo pdit quale fit aurū, ipsum index.

## CHILONIS

autem aurū arguit quale hoīs ingeniuū iuxta illud, Magistratus virū arguit.

Cōscie s̄ tam grādūus dicebat, se sibi nullius us facti cōscium esse, cuius p̄eūiteret, vno excepto, q̄ qui effet ascitus arbitr̄er, vt inter duos amicos finiret cōtrouerſiam, nec quicq̄ vellet aduersus leges facere, persuauit alteri amico, vt ad alios deferret arbitriū. Hoc pacto & legem seruauit & amicū. Hic scrupulus nō nihil mouebat senis animū, q̄ persecta virtutis fuisset, nullo metu à regula legū defleſtere, nec illius amicitiam magni facere, qui ob sententia secundum leges, non secundum ipsum datā defineret amicus esse. Quid illa sancti us anima, qui per omnē vitam, qua illi longa contigit, hoc tantum criminis admisit?

Mode zate 6 Quidam, quorū est A. Gellius, huic tribuunt & illud, Sic ama tanq̄ osurus, sic oderis tanquam amaturus, Hoc dicto admonuit, nec similitates tam acriter exercendas, vt praecludatur omnis in gratiam reditus, nec amicis adeō fidendum, vt illis committas, quo si fiāt inimici, possint te perdere.

Male dicētia 7 Docebat, neminem cōuiciis lacescendū, ne si dixerimus quęlubet, audiamus viceſſim quę dolent. Habet enim & maledicendi morbus sua voluptatem, sed quę plerunq; male audiendi summo dolore penſatur. Huc allusit M. Tullius, Salutio cōminans fore, vt si quam voluptatē male dicendo cōp̄ifset, eam male audiendo perderet.

lingua p̄ceps. 8 Dicebat, nō committendū vt lingua

præcur-

## APOPH. LIB. II. 44

præcurreret animum: admonens priua cogitandū, quid loquaris, q̄ lingua p̄rumpat in verba. Nescit enim vox mis̄sa reuerti. Cogitatio prior posſit corrigi posteriore meliore, vt habet prouerbiū, vox non item.

9 Damnū siebat turpi lucro preferēdū. Nam illud semel dolere, hoc semper, lactura rei facile sarciri potest, fatigata cōtaminata vix vnḡ diluif. Res amissa exiguo tēpore dolet, sceleris conscientia semp̄ cruciat anim. Itaq; lucrū scelere partū, damnū est non lucrum.

10 Nō esse tentāda q̄ fieri nō possunt. Quādā honesta sunt ac magnifica, sed magno reipub. malo tentant, si neque as perficer. Atq; hæc est p̄cipua pars boni cōſultoris, dispicere nō ſolū qđ per ſe optimū ſit, ſed quid pro tempore ratione poſlit obtineri.

11 Rogatus quid eſet difficile, Arcanū inq̄t reticere. Tāta est lingua oīm maxime volubilis incōtinente, quū alio- qui nihil videatur facilius q̄ filere.

12 Idem p̄cipiebat, lingua quū aliaſ ſemper, tū p̄cipue in cōuiuio contingenā, q̄ illic cibus & potus inuitet ad intemperantiā. Porrò vbi plus eſt periculi, ibi maior eſt adhibēda cautio.

13 Nulli minandū eſſe, nō ſolum q̄ id mulierum videatur potius quām viro Min̄rum, verumetiam quōd minitari ei inutile velis nocere, eſt inimicum admodum, ut ſibi caueat, tibi que ipsi lāden di facultatem adiunere. Amicis autem minari, parū eſt humanum. Reſtē tamē minamur, quoties aliquem hoc reme- di

## CHILONIS

dio correctū esse cupimus, & haec pce-  
na decreuimus esse contenti.

**Ami-**  
**cus ve-**  
**rus,**

14 Promptius ad amicorum aduersam  
fortunam, q̄ ad res secundas accurren-  
dum. Rebus prosperis aduolant quili-  
bet, etiam minus amici: qui adsunt re-  
flante fortuna, hi verē sunt amici.

**Vxor**  
**humi-**  
**lis.**

15 Vxorem humile modico apparatu  
ducendam, ne p̄ cōiuge domīra acer-  
bis domū. Sat enim dotata venit puel-  
la, q̄ pudicitia & honestos mores secū-  
ad fert. Prōinde hoc erat vñū ex Laco-  
nicis institutis, vt virgines sine dote  
nuptum irent.

**Mortu**  
**is par-**  
**candū.**

16 Veterebat de mortuis male loqui, q̄  
ignauum videtur, eos incessere lin-  
guā, qui respondere nō posunt, actur  
p̄ effet cū vmbbris ac larvis luctari.  
Nā id est, quodāmodo sepultū refode  
17 Docebat honorem à iuniori- (re-  
bus habendū senectuti, vt ipsi facti se-  
nes ab aliis habeātur in precio. Ea res  
geminā habebat utilitatem. Siquidem  
vt sénī autoritas ac reuerentia tempe-  
rabat atētum lasciuam à peccando, ita  
senes cauebant, ne quid cōmitterent,  
quo iuuenibus vel ob ineptiam ludib-  
ria possent esse, vel ob turpitudinem  
pernicioſi: sed inter omnes iuuenes,  
omnesque senes ea effet reuerētia, que  
inter parentes ac liberos.

**Insolē**  
**tia**

18 Admonebat secundis rebus elato  
nō applaudendū nec arridendū. Inſe-  
lix felicitas est, que hominē reddit in  
solentioꝝ, eo q̄ nō plausum meretur,  
sed lachrymas. Grauius q̄ peccant, qui  
decent insolentia, q̄ qui vtuntur. Sep̄  
populus

## APOPH. LIB. II.

28

populus elamat in auaritiā ac tyranni-  
dem principū, quum ipse doceat illos  
hac vitia. Quidam codex Græcus ha-  
bebat, ἀτοχή τι μιτιγιλάχ, id est, infi-  
liē nō esse irridendū, siue infelici nō  
insultadū: id. n. extremē est inhumanī  
19 Docuit potentis adiungen- (tatis.  
da mansuetudinem, vt à suis nō tā me-  
tum extorqueat, q̄ impetret reueren-  
tiam. Reuerentia comes est amor, me-  
tus odium. Amari autē non solū ho-  
nestius est, verum etiam tutius.

20 Admonebat, vt sua quisq; domui  
bene p̄fasset. Primam enim curā de-  
bemus familiaribus: nec idoneus vi-  
detur administranda Reipub. qui pri-  
uatā rectē gubernare nescit. Domus  
enim nihil aliud est q̄ parua ciuitas.

21 Vincendam irā, q̄ is affectus sit cete-  
ris potenter, quā superare fortius est,  
q̄ hostē armati deicere: nec minusxi-  
ti mortalibus sit ab ira, q̄ ab hoste.

22 Diuinationem nō esse detestandā, Diu-  
natio  
q̄ hanc deorū munus esse crederet, q̄  
ratione percipi posset ab homine insi-  
gni virtute p̄adito. Nam ipse p̄ad-  
ixisse fertur futurū, vt ex insula Cythe-  
ra summū malum oriret Lacedæmo-  
niis, cuius situm naturāq; quū didicis-  
set. Utinā inquit, h̄c aut nunq̄ fuisse  
aut simil ut nata fuit, subversa fuisse.  
Nam Demaratus Lacedæmonē profu-  
gas Xerxi suavit, vt in ea insula classem  
haberet: ac planē Græciam subegisset  
Xerxes, si Demarati consilii fuisse set-  
quutus. Post Nicias ea potitus statuit  
illuc præsidium Atheniensium, & Lacedæmo-

## CHILONIS

dæmonios multis cladibus afflixit.  
23 Fertur & hoc illiusno[n]e, in via non  
properandum. Ex incessu colligitur  
animus, præceps arguit præcipitem, ni  
mum lensus ignauū. Decet autem in  
publico compositis esse moribus. For-  
tasse deterruit à præcipiti consilio.

24 Huic simillimum est, inter loquen-  
dum nō esse mouendam manum. Id  
enim esse vacordiū, Vnde & in Hebre-  
orū pueriis est, Stultū digito loqui.

25 Monuit obtemperandū legibus. Hoc ad principes p[ri]cipue pertinet, q[uod] se  
credūt nō teneri legibus. Nec aliundē  
magis florēt Respu. q[uod] si legi vigeat au-  
toritas. Nec ibi tyrānis oriri potest, v-  
bi ex arbitrio priscari legi gerit oia.  
26 Dicebat, adamandā esse quietem,  
quoties datur honestum ocium, iuxta  
illud, ἀσύχα καλόν. Nihil enim vel tu-  
tius, vel iucundius. Nullum autē nego-  
cium periculosis q[uod] bellum.

27 Quin & illud huic ascribit, Cae-  
Cautio  
sui. tibi ipsi. Fortasse legēdū, caue te ipsum,  
siue a te ipso, siue obserua te ipsum. Nā  
Græcē eit, φυλάττε ιατρόν, vt admones  
at sibi quenq[ue] debere suspectum esse.  
Omnes sibi caueant at aliis, at frequen-  
ter nemo magi hostis est homini, q[uod] ho-  
mo sibi, dū libidinē, dū irā, dū ambitio  
nem, alias q[uod] cupiditates adhibet in cō-  
filiū. Demiror autem quem authorem se-  
quuntus Ausonius hæc illi ascribat.  
28 Ita moderandā vitā, vt nec inferio-  
ribus sis terrori, nec superioribus de-  
spectui. Metui à subditis, tyrānicū est:  
negligentie verò est, si agere, vt à ma-  
ioribus

## APOPH. LIB. II. 84

ioribus cōtemnaris. Hoc & ad etatē re-  
ferti potest. Sic tēperandi mores, vt à Amari  
iunioribus ameris potius q[uod] timearis, à sine cō  
majoribus nō cōtemnaris. Immودica tēptu.  
faueritas parit terrorē: somnolentia,  
vinolētia, incogitantia, similiaq[ue]; vitia  
gignūt cōtemptū. Potest & ad fortunā  
accōmodari, q[uod] si sit vehementer am-  
pla, parat q[uod] metuat citius, q[uod] qui ament  
aut reuereat: si humilior, paret cōtē  
ptui. Mediocritas igit[ur] hic quoq[ue] est op-  
timā. Ausonij carmen sic habet, Nolo  
minor me timeat, despiciatq[ue] maior.  
29 Præterea sic esse cōtemnendā mor-  
tem, vt nihil feciis curam habeas in-  
ecolumitatis. Nō enim est fortitudinis,  
sed amentia, semet temerē in vita  
discrimen cōiicerit sed quoties aut ineui  
Mors  
tabili necessitas vrget, aut graui ho-  
quataq[ue]; causa suadet, mortem cōtemne-  
re fortisanimi est. In morbo nō est me  
temerē  
tuēda mors, sed interim adhibenda cu-  
da  
ratio mediocris. In bello sumendum est  
animus ad mortem paratus, sed inter-  
im fortiter pugnādū p[ro] victoria. Au-  
sonij carmen sic legendū arbitror, Vi  
ue memor mortis, vt si s[ic] memor & fa-  
lutis. Potest autem & hic accipi sensus. Ha-  
stenus memineris te moriturū, vt ab-  
stineas à vitiis curisq[ue]; superuacaneis:  
sed interim periade quasi diu victu-  
rus sis, ea cures quæ ad honestam bea-  
tāq[ue] vitam pertinent. Multos mortis  
cōlideratio deterret ab honestis actio-  
nibus, cōtrā mortis obliuio multos in-  
uitat ad licentius peccandum. Potest  
& sic intelligi, Ne sic metuas mortē, ve-  
niuas

## CHILONIS

vivas anxius & tristis, sed vita spes mortis horrorem temperet. Hunc sensum indicat cārmen quod sequitur,  
 Tristia cuncta exuperans aut animo,  
 aut amico. Hęc vita pr̄terquam multis miseriis exposita est, nihil habet tristi-  
 us, q̄ mortem habet certissimā, diem mortis incertissimū. Sed oīa superāda sunt, aut animi fortitudine, aut amico-  
 rum alloquii. Nullū enim in dolore remedium p̄fentius q̄ curas astutus q̄; animi in amicorū sūmū effundere, quo-  
 rū & consolatio, & communis dolor maximam mali partem tollit.

30 Beneficij dati obliuisci decet, accep-  
 tū meminisse. Vulgus hominū contrā facit. Si quid cui beneficerunt, & sine fine p̄dant, & sine modo, exagge-  
 rant: si quid in ipsos collatū fuerit offi-  
 ciū, mox aut obliuiscitur, aut diffimi-  
 lat, aut eleuat. Carmen Ausonij sic ha-  
 bet, Tu bene si quid facias, non memi-  
 nisse fas est.

31 Eadem hanc tribuit sententiā, opta-  
 bilem esse senectutē iuuenilem mole-  
 stiam esse iuuentutem senilem. Maxi-  
 ma malorū pars ob q̄ male audit sene-  
 cūs, à vitiis hominū proficisci: habet  
 aut ex se se nōnulla cōmoda, plurima-  
 rū rerum vsum ac memoriā, cōculendi  
 facultatē, reuerentiam & autoritatem:  
 hęc si adint cōmoda, absint q̄; incom-  
 moda, ea senectus optabilius est mul-  
 torū iuuentute, vitiis & inertia marce-  
 te. Videas aut in nōnullis iuuenibus se-  
 nilem imbecillitatē, senilem somnolen-  
 tiā, senilem ignauia, senilem morosi-

tatem

## APOP. LIB. II.

87

catem: horū iuuentus peior est senectu-  
 te. Nam quū senecta careant, senio ta-  
 men abūdant. Ausoniani versus sic ha-  
 bent, Grata senectus homini, quæ pa-  
 rilis iuuenta. Illa iuuentus grauior, q̄  
 sumilis senecta.

32 Plinius & illud oraculi vice cele-  
 bratum ascribit Chiloni, ἡγύα, πατέρα  
 ή ἄτη, sponde, sed noxa p̄fet̄ est.

33 A. Gellius Noct. Attic. lib. i. ca. 3. ad-  
 scribit illi qd̄ dicā, idq; autore Plutar-  
 cho in lib. de aīa, quandā p̄dicātem,  
 sibi nullum esse inimicū, rogauit, an vī Amici  
 lū etiam haberet amicū: tenties ami-  
 citias & inimicitias inuicē seſe cōſeq̄. Ita ini-  
 nec fieri posse, quin qui multos habet  
 amicos, cōplures habeat & inimicos.  
 Sit hic huius cōiūij secundus missus,  
 si videt, cui subiiciemus philosophos,  
 nō omnes, ne illus finis, sed aliquot ex  
 iimis, vt varietas excludat lectionis te-  
 dium. Quod si quem huius patinæ ma-  
 ior auditas tenet, huic Diogenes Laér-  
 tius facile stomachum explebit, si mo-  
 do non habeat nimis fastidiosum.

## LIBER TERTIVS.

## SOCRATICA.

D Laconicam indolem  
 mihi p̄ximē videtur ac  
 cedere Socrates, nō tan-  
 tum integritatē morū,  
 decretis ac dīctorū sale  
 verūtiā tolerantia,  
 vt dicas patria quidē Atheniensem, in  
 genio vero Spartanū, nisi q̄ Laconicā  
 breui-



## SOCRATIS

breuiloquentiam nō affectauit, magis studens virtutem persuadere q̄ præcipere. Ad id potissimum vtebatur simili- bus & inductionibus, quas Greci votat Ἀρετὴ, cui generi nō cōuenit illa Laconica breuitas. Vt autem hac parte vincitur à Lacedemoniis, ita sanctitate dictorum superat illos, quorū aliquot recensere non ab re fuerit.

**Deus imitan-  
dus** 1 Dicebat deos oīm optimos ac foeli- cistimos, ad horū similitudinē quo q̄- que p̄pius accederet, hoc & meliorem esse & beatorem. Si corrigas vniuerso- cis numerū, nihil dici potest Christia- z A diis nihil petendū, nisi bona niūs. simpliciter, quū vulgus petat bene do- tata m vxore, opes, honores, regnū, lon- gam vitā, quali p̄scribentes numini, quid oporteat facere. At Deus optime nouit, quid nobis bonū sit, quid non.

**Vota  
qualia.** 2 Sacrificia volebat q̄ minimis impen- diis cōtare, quod Dij vt nō egit rebs hoīm, ita magis spectat affectus immo- lantiū, q̄ diuitias. Alioqui qui impro- bissimi quiq; maximē abūdet diuitias, actū effet de rebus humanis, si malorū potius q̄ bonorū victimis delectarū. Eo q; versum hūc magnopere probare cōsuevit, καθίσας μὲν δὲ τοῖς οὐκ εἴδεις θεοῖς. Hoc diūtē & ad nos Christianos pertinet, q̄ immodicis impēdi- is ornamus templa, peragimus sacra & parentalia, gratius facturi Deo, si qd ultra frugalem mūdiciem superest, fra- tribus egenis erogaremus. Handē fru- galitatē adhibendam docuit in excipi- endis hospitibus, codem ydens veri- culo,

**Sacrifi-  
cia mi-  
sum-  
sus** 3 Volum- ac frugalitatem exercent, & longe ptas ex plus habens voluptatis, ac minus dolo- rū, q̄ qui summa cura vndiq; pararet oblectamenta, q̄ voluptates in tēpe- tantū p̄ter animi sibi male consciū cruciatiū, p̄ter infamiā ac paupertatiē, frequenter ipsi etiam corpori plus adferat molestiā quam delectationis. Contrā quā sunt optima, eadem fiunt iucundissima si quis affuerit.

## APOPH. LIB. III.

culo, καθίσας μὲν δὲ τοῖς οὐκ εἴδεις θεοῖς.  
4 Quū admoneretur ab amico, q̄ ex- cepturus hospites admōdu tenuem fe- cisset apparatus, si boni sunt, inquit, sati erit: si minus, plus sati.

5 Docuit abstinēndū à cibis, q̄ nō esu Fruga- rientē incitarent ad edendū, & à potu litas qui nō s̄tientem inuitaret ad bibendū. His enim rebus nō est vtendū, nisi qua- tenus corporis necessitas exigit.

6 Dicebat optimū cōdimentū esse fa- mem, q̄ & optimē edulcaret omnia, & nullius effet impendij. Vnde ipse sem per iucundē edebat ac bibebat, quia neutrū faciebat nisi esfuiens ac sitiēs.

7 Quin & ad famem ac sitiū toleran- dā exercuerat se: post sudorem enim ē palestra collectū, quū alij potū vehe- menter appetūt, nunq̄ bibebat de pri- mo craterē rogatus quā ob rem id fa- ceret, ne cōsuesca, inquit, obsequi affe- ctibus Interdī enim licet sitiā, noxiū est bibere: hic quū ratio suadet absti- nentiam, affectus hortatur vt bibas, magis obtemperandum est rationi.

8 Dicebat eos qui se ad continentia ptas ex plus habens voluptatis, ac minus dolo- rū, q̄ qui summa cura vndiq; pararet oblectamenta, q̄ voluptates in tēpe- tantū p̄ter animi sibi male consciū cruciatiū, p̄ter infamiā ac paupertatiē, frequenter ipsi etiam corpori plus adferat molestiā quam delectationis. Contrā quā sunt optima, eadem fiunt iucundissima si quis affuerit.

9 Aiebat esse turpe, si q̄ sua sp̄te ser- viens

## SOCRATIS

Serui - uiens voluptatibus, tale se faceret, quae  
re vo - les nemo domi sua vellet habere ser-  
lupta - uos. Talibus autem nullā salutis spē reli-  
tibus quam esse, nūlī pro eis Deos cōprecā-  
tur alii, vt bonos dominos nascisci pos-  
sent, quando p̄fus decretū erat serui-  
re. Exstīmabat autem nullos fōdiorē mi-  
seriorēq; seruire seruitutem, q; qui &  
aio & corpore seruirent voluntatibus  
10 Interrogatus quā ob rem ipse non  
administraret remp. quū administran-  
p̄dēsse di rationem optimē sciret, respōdit. Eū  
pluri - utiorem esse ciuitati qui multos effi-  
bus ceret idoneos gubernandæ reip. q; qui  
ipse recte gubernaret. Idem mihi re-  
spōdit Nicolaus Leonicensis Ferrarie,  
demiranti quorū arte medicandi, quam  
p̄fitibatur ipse, nō exerceret. Plus, in-  
quit, ago, docens omnes medicos. Nec  
dissimile mihi respōdit vnicus studio-  
rum meorū Mecænas Guilelmus Ar-  
chiep. scopus Cantuariensis facerdotiū  
improbè recusanti, dicentiq;. Qua frō  
te fruar illorū pecuniis, quibus vt lin-  
gue ignarus nec cōcionati possum, nec  
monendo, nec cōsolando adesse, nec  
vllum boni pastoris officiū prætaret.  
Quasi, inquit, nō plus efficias, q; libris  
doceas pastores omnes, q; si vni rustica  
næ plebeculae infervias. Fasili sum,  
amicē dīctū, mihi tamen nō persuasit.  
Fema - ii Rogatus quo pacto quis posset ho-  
quo - nestam assequi famā, Si talis, inquit, es-  
modo - se studeas, qualis haberi velis. Veluti si  
paran- quis bonus tibicen haberi cupiat, ea p̄-  
da. stet oportet, q; à p̄batis tibicinibus sie-  
xi viderit. Quemadmodū qui meden-  
di est

## APOPH. LIB. III. 88

di est imperitus, nō idēo medicus est;  
q; p̄ medico ascitus est, & vulgo medi-  
cus appellat: ita nō statim princeps est  
aut magistratus, q; populi suffragiis de-  
claratus sit, nisi sciat artē gubernadē ci-  
rī. Dicebat, vehemēter abfur-(uitatis).  
dū i'esse, quū artes sedentarias nemo p̄ Ars gu-  
fitatur absq; dedecore, q; eas nō didi-  
cerat, neq; quisq; scriniū faciundum lo-  
cet ei, qui rudis sit eius opificij: ad pub-  
licos magistratus admitti, qui nunq; de-  
derūt operā disciplinis, sine quibus ne-  
mo potest recte magistratum gerere:  
quūq; nemo non detestatur sit eū q;  
clavo affidet ignarus artis nauticæ,  
multomagis detestādos, qui Remp. ca-  
pesserent ignari politice philosophię.  
Neq; eū putabat appellandū imposta-  
rem, qui à persuaso quoipā pecuniam  
aut vasculum acciperet, quod nō pos-  
set reddere: sed illos magis impostores  
habendos dicebat, qui dolo persuade-  
rēt se idoneos gubernadē reipub. quū  
sint hoīes nihil. Hoc dictū multò ma-  
gis ad principes, magistratus & Episco-  
pos Christianos ptinet, q; ad ethnicos.  
i. Dicere solitus est, nūlā esse posses-  
sionē preciosiorem vero bono q; ami-  
co, nec aliundē plus fructus aut volup-  
tatis capi. Itaq; præpostērē facere mul-  
tos, qui pecunia dispendium grauius  
ferunt, q; amici iacturam: quig; se bene-  
ficiū perdidisse clamant gratis collo-  
catū, q; eo sibi conciliarint amicum  
quouis luero potiorem.  
i. Ut illis cōmittimus statuas facien-  
das, à quibus videmus aliquot statuas  
I elegans

### SOCRATIS

eleganter factas: ita nō sunt admittendi: in amicitia, nūl quos cognoverimus erga alios p̄stutisse fidos & utiles amici. Quendā acris castigantē sēr- (cos, uū p̄cōtabat, quamobrē ita sequit: quoniam, inquit, qui sit obsoniorū voracissimus, tamen ignauissimus est: quūque sit auidissimus, tamen desidiosissimus est. Tū Socrates. Nunq ne, inquit, cōsiderasti, vter vestrū pluribus egeat verberibus, tune an famulus: Vtinam sibi quisque dicat, quod illi Socrates, quoties hoc in aliis reprehendit, punitque idem quod sibi ignoscit, aut si non idem, crebrō deterius.

18 Cuidā cupient quidē ire ad Olympia, sed itineris labore deterrit, Quū, inquit, domi sāpē numero totū prope diem ambules, ante prandii, rursus ante cœnam: si domesticas ambulationes p̄feras ad quinq, sexve dies, facile peruenies Olympiā. Docuit vir ingeniosus, qd̄ quod terret in adeſidī laborib⁹, imaginationē esse potiusq ipsum labore. Si quid honeste rei gratia periculi, dispendi, aut laboris suscipiendū est, excusamus, detrectamus, horremus, quū frequenter vlt̄ō in reb⁹ nihili, nō enim dicam turpibus, plu: impen-damus, ita quidam inuitati ad studia litterarū, excusant valetudinem, insomniam, impendia librorū, qui interim totā nocte ludant aleā, potionē contrahāt febrim, podagrā, hydroponem, & lippitudinē, scortatiōe paralysem, aut scabiem nouā, quā Gallicam appellant:

19 Quendā cōquerentem se defatiga-

### APOHP. LIB. III.

tū lōgo itinere rogauit, nū puer ipsum potuerit cōsequi. Ait. Rogauit, vacuus ne an aliqd ferens oneris. Portauit, inquit, nō nihil sarcinarū. Quid, inquit, queritur ne ille se defessum? Quū ne- Seruns garet, An nō pudet, inqt, te molliciei, domi qui vacuus ambulans defessus fueris, no me quū illi gestans sarcinam nō queratur lior. se fatigari. Ostendebat Socrates, seruū in hoc feliciorē domino, q ad labores exercitatiōē minus sentire moleſtia.

20 Admonere solet, quod apud alios diceretur edere aut conuiuari, apud Athenies dici ἐῶχτας qua voce dicebat nos admoneri, eo temperamento sumendū cibum, vt nec corpus, nec animus oneretur: huc opinor alludēs, quod ἔχεας sonet velhi, vnde ὁ ἔχον ve-hiculum, quanq ὁ ξι dicatur & cibus, eoq additum tū, ne sarcina iusto grauior imponeretur corpori.

21 Dicebat, optimē natis ingenuis que potissimum adhibendā rectam institutiōē. Idem enim in his vñi venire qd̄ in equis, in quies qui feroces sunt ac generosa indolis, si statim à primis annis recte instituātur, egregij & ad omne vsum accōmodi euadit: si minus, efferați, intractabiles, & ad nihil utiles. Hocq; fit, vt felicissima quæq; ingenia corrūpantur inscitia instituentū, qui mox equos vertunt in asinos, q ere-ctis ac liberis animis imperare nesciat.

22 Dicitabat, illū impudēter facere, qui quū boues efficeret pauciores, po-fluaret tamē habeti bonus bubulcus. Indō-les res ag.

Spōta-nei la-bores.

## SOCRATIS

sed multò absurdius esse, si quis habet velit bonus Reip. gubernator, quū ciuiū numerū imminuat. Hoc dictum torst in Critiā & Chariclem, q multos ciuiū trucidarant. Nec illos id latuit: Critias enim illi minatus est, ni fileret, fore vt ipse quoq; faceret boues pauci ores: & quod minatus est verbo, re p̄ficit. Nā huius opera Socrates perire.

21 E prīcis autoribus selegerat versi-  
culos aliquot, quos pueriorū vice fra-  
turę querēt̄ vñsurpabat, quorū est ille Herodius, Ερωτήσις τοῦ Διὸς, ἀπόγεια Διὸς: Id est, Nō p̄brū est operari, ast est cessatio p̄brū. Quo dehortabat iuuenesnō solū ab ocio, verūtiā ab acti onibus infrugiferis. Siquidē eos appellabat ocosios, qui alea, cōpotationib;, & scortis atatem absumerent.

22 Itē illud Homeri, vt indicat Gell. ac Laert. οὐδὲ μαγάσοις κακῶντ' ἀγαθῶν τίτυρος, Id est, Aedibus nostris q̄ praua aut recta gerant. Eo nō solū reuocauit auditore à curiositate rerū alienarū, verūtiā à disciplinis nō necessariis: velut ab exacta cognitione astrologiæ, aut geometriæ, aut causarū naturaliū, aut rerū vñramundanarum, ad cognitionē ethiæ, cuius sciëtia p̄fstat, vt nobis ipsi notisimus, vt q̄rē do metiicā aut publicā vtiliter admini-  
23 Eodē spectat & illud, qd (stremus, illi ascribitur, & in primis celebratur. Qua supra nos, nihil ad nos. Sic enim recipiōdere solet admirantibus, quod de moribus semper, de astris, de q̄ me teologis nunquam disputaret.

Quam

Curio  
fitasCurio  
fitas

## APOPH. LIB. III. 99

14 Quū in via quidā illi per lasciviam calcem impegiſſet, admirantibus q̄ id patiēt̄. Quid facerē, inq̄t illis hortan ter. tibus vt vocaret hominem in ius, Ri diculū, inquit, si quis asinus me calce percussiſſet, diceretis mihi, voa illum in ius: Nihil putabat interesse inter aſi num & hominem brutum, nullāq; virute p̄aditum: ac vehementer absurdum videri, non pati ab homine, q̄ ab animante bruto pafurus sis.

25 Quidā ab eo salutatē non resalutavit, nec id molestē tulit Socrates: ami- Modis aut admiratibus, & ob hois inciuii ratē tate indignatibus dixit, Si q̄s nos p̄teriret, peius affectus corpore q̄ nos sumus, nequaq; illi succenseremus: quorū agitur illi succensēā, qui peius affectus est animo, quām nos sumus?

26 Euripides obtulit Socrati librū ab Heraclito cōscriptum, eo lecto roga- Salſe uit quid illi videretur. Per louem, in quæ intellexi mihi p̄clara vi dentur, qualia puto & ea quæ nō intellexi, sed opus est Delio quopiam natore. Notauit per q̄ salſe affectata eius scriptoris obſcuritatē, vnde & ἔχει vñ cognomen inditū est. De Delio natatore diximus in Chiliadibus.

27 Quū Alcibiades illi spatiōsam areā offerret dono, in qua sibi domū ædifi caret, Quid, inquit, si mihi calceisopus inutile esset, num coriū dares vnde mihi cal os cōficerem? Et si dares, an non ipse ridiculus essem si acciperem? Hac simili tudine munus inutile recusauit.

28 Per forū obambulans, quū aspice-  
ret

### SOCRATIS

ret mercium copiā, quē illis vendebantur, ita secū loqui cōsuevit. Quām multis rebus ego nō egeo, ast alij cruciant, aio ita cogitātes, q̄ multa mihi defunt. Socrates fibi gratulabat, q̄ iuxta naturā viuens, et paucis affuetus, au rū, pugnātū, gen̄ mas, ebur, aulæa, reliquias, que diuitum delicias, nec cuperet, nec egeret, quas dicere solet magis necessarias agedis Tragediis q̄ ad vīsum vīte. In hanc sententiam vīspabat versus Iambicos Poetæ nescio cuius,

Tάδε ἀγρυπνόματι εἰσηγήστε πορφύρα

Εἰς τὸν δραγμόντος χρόνον μὲν καὶ τὴν Εἰση-

Id est, Argentea isthēc vasā simul ac pur-

pura Tragediarū accōmoda histrionib-

us sūt, ad beatā cōferūt vitam nihil.

29 Dicere solitus est, ētū esse diis simili-

mū, qui q̄ pacifissimis egeret, quū dīj

omnīnō nullius egeant rei. At vulgus

diuites diis proximos exilimat, quo-

rū delicias nihil satis est. De hisenū dī-

ētū est in comœdia Terentiana, Quām

vos facillimè agitis. Hoc autē Homerus

dīs tribuit, quos appellat ἔρωτον λα-

id est, Facillimè viuentes. Facillimè au-

tem viuit, qui paucissimis cōtētus est.

30 Dicebat qui suauiter ederet panem

huic nō esse opus obfonio, & qui suauiter biberet quēlibet potū, hunc non

desiderare poculi prēter id qd̄ adest.

Fames. n. & sitis optimè condit ola.

31 Dicebat, cuiuis esse promptū, si qd̄

renū insignisti haberet proloqui, quum

difficillimū esset nominare quos possi-

deret amicos, quū hac possessione nul-

la sit charior. Hoc dicto taxabat præ-

poterū

### APOPH. LIB. III.

98

posteriū vulgi de rebus iudiciū, q̄ hoc negligentissimē haberet, quod omniū Ami- plurimi faciendū erat. Ditioni sibi vide cusfyn- tur cui pecunia nō nihil obtigit, & dā cerus, num deplorat cui periit: at qui sibi pa- travit bonū amicū, non videtur sibi fa-

ctus beator, nec iacturā deflet q̄ pd-

32 Euclidi cōtentiosarū arguta- (dit-  
tionū admo dū studioſo, Sophistis, in-  
qt, & Euclides vti poteris, hoib, nō po- Sensus  
zeris. Indicās, Sophistiken inutilem ad cōmu-  
publicas functiones, quas qui affectat, nis  
argutiis ludere, sed hominum mori-  
bus semet accommodate.

33 Scientiam dicebat vīnicū esse bonū:  
cōtrā, vñicū malum ignorantiam: qd̄  
quicunq; committunt rem iniustam,  
hoc peccant q̄ ignorant quid cuiq; sic  
tribuendam: & qui fortes sunt, nō alia-  
re fortes sunt, nī q̄ sciunt ea experien-  
da, qua vulgus exultimat horrenda, &  
qui intemperantes sunt, hoc errant, q̄  
ea putant suavia aut decora, q̄ sic  
minimē sunt. Summum igitur bonum es-  
se dicebat, scientiam rerum experien-  
darum ac refugiendarum.

34 Cuidā dicenti, Antisthenem philo-  
sophū matre Threicia prognati esse,  
velut hoc probrū impingenti viro q̄  
hybrida esset, patre quidē Athenien-  
si, sed matre barbara, Quid, inquit, an  
tu putas virum aedē p̄aclarum ex v-  
troq; parente Atheniensi nasci potuīs-  
se? Notans corruptissimos Atheniensi  
um mores, vt citius ē Thrace Schytha-  
ve nasci posset vir probus, q̄ ex Athe-  
nien-  
sē

1

4

nien-

### SOCRATIS

niſi: & hoc quod habebat p̄bitatis An-  
tistenes, matri tribuendum putauit.

Ocium hone-  
ſum.  
Moda  
ſte

35 Dicebat, ocium possessionem omni-  
um optimam, Ocium autem ſenſit nō  
ignauiam, fed à tumultuofis negociis,  
& à cupiditatibus animi tranquillita-  
tem vitiabitibus eſſe quietum.

36 Illud omniū maximā celebraſ qđ  
dicebat, ſe nihil ſcire, niſi hoc vnum,  
quod nihil ſciret. inquirebat enim de  
ſingulis, tanq̄ ambigens, nō q̄ re vera  
nihil haberet certo cognitum: ſed hac  
ironia & ſuam declarabat modetiam  
& aliorū redarguebat arrogantiā, q̄  
ſe p̄ſitebantur nihil neſcire, qui re ve-  
ra nihil ſciret. Sophiſta quidā publicē  
profiteban tur, ſe ex tempore rēpō-  
ſuros ad omnem propositam materiā,  
horū arrogantē incitatiā ſæpenumero  
cōſutabat Socrates. Atq; ob hoc ipſū  
ut ipſe quidē interpretatur, ab Apollī-  
ne iudicatus eſt ſapiens, q̄ quāuis om-  
niū rerum ignorantiam cum cæteris  
haberet communem, eo nomine tamē  
illios ſuperaret, q̄ ſuam incitatiā agno-  
ſeret, quum illi hoc quoque neſci-  
rent, ſe nihil ſciere.

37 Laertius & hoc illi tribuit, Cœpiſ-  
ſe, dimidium facti. Dicebat enim dimi-  
diū operis peractū ei, qui iam eſſet  
aggressus. Sunt enim qui contando ac  
deliberando vitam omnem abſumāt.  
Est autem hemiſtichium Hefio diūm,

*Αρχή μετα πάτερος.*

Festina  
tio ma-  
la.  
40.

38 Qui res præcoes magno emerent,  
eos aiebat desperare, q̄ ad tempus ma-  
turitatis eſſent perueturi. Alioqui ſtu-

tum

### APOPH. LIB. III. 93

tu eſt, & pluris & deterius emere, quū  
paulo pōit licet & minoris & melio-  
ris. Ita nusq̄ nō reuocabat hoīm cupi-  
ditates rationis expes ad ſobriū iudi-  
cū.

39 Quodā tempore quiūtupri cium.  
des ita de virtute diſfereret, vt diceret  
*καρπισον την ταῦτα τὴν ἀρχήν.* Id eſt,  
Hęc miſta temerē eſt optimū relinqre. Virtus  
Quasi virtus inueniri vix poſſet: ſurre quer-  
xit Socrates dicens, Ridiculiſi eſſe, quū da-  
mancipati ſi non protinus inueniatur,  
operæ preciū exaltimem, inueſtigare:  
virtute nulla inueſtigatione digna iu-  
dicare, ſi nō ptinus cōtingat homini.

40 Rogatus ab adolescentē quodam,  
vtrū melius cenſeret, vxorem ducere,  
an nō ducere. Vtrūcunq; inquit, fece-  
Matri-  
tis, poenitebit: iudicans & cœlibatū & moni-  
cōiugiū habere ſua moleſtias, ad quas  
periferendis eſſet p̄parādus animus.  
Cœlibatū comitatū ſolitudo, orbitas,  
generis interitus, hæres alienus: matri-  
moniū perpetua ſollicitudo, iuges que-  
relæ, dotis exprobratio, affiniū graue  
ſuperciliū, garrula ſocruſ lingua, ſub-  
ſeffor alieni matrimonij, incertus libe-  
rator euentus, aliaq; innumerā incom-  
moda. Proinde nō hic eſt elecio, qua-  
lis eſt inter bonū & malū, ſed qualis in-  
ter leuiora & grauiora incommoda.

41 Quēdā ex amicis cōquerentem, q̄  
Athenis omnia magno venirent, viñū  
enim Chium mina, purpurā tribus mi-  
nis cōſtare, mellis heminam quinque  
drachmis: manu illius prehenſa duxit  
in penū farinariā, obolo, inquiens, ſe-  
q; uilextractius venit, vilis igitur annon-  
a  
Fruge  
litas

## SOCRATIS.

est. Hinc ad oleariā deducens, duobus, inq[ue], æreis sextarius. Nō magno igitur in vrbe veneūt oīa: Qui paucis ac nesciariis cōtentus est, sibi facit vīle an-

Mune  
ra con  
cepta

42 Archelaus rex Socratē ad se (nonā vocarāt, multa pollicēs, Socrates respōdit, se nolle ad eū venire à quo accipere beneficia, cū illi reddere paria nō posset. Hoc dictū improbat Seneca, q[uod] philosophus p[ro]fūdās auri argētiq[ue] cōtéptū, plus dat q[uod] si det aurū & argētū.

43 Quodā tempore reuersus è foro, inter amicos dixit, Emissem palliū, si nūmōs habuissēm. Nihil postulauit, tāne beātū verēcūdē admonuit egēstatis. Mox neficēt inter amicos ambitus erat, à quo Socrates acciperet. Et tamen post eā vocē q[uod] quis p[er]perauit, vt ait Seneca, serō dedit.

Vltro-  
ne beātū

44 Cuidā quærent, quōd peregrinatiōnes sibi nihil profūscent. Non immēritō, inquit, tibi istud evenit: Tēcum enim peregrinabar. Multi putant, lōginq[ue] peregrinationib[us] colligi prudētiam, quum Horatius clamet,

Pere-  
grina-  
tio inu-  
tilis

Cœlū nō animū mutat, qui trās mā-  
re currit: cōgressus sapientium cōfert  
prudentiam, nō montes aut maria.

Patien-  
ter.

45 Colapho percussus à quodā in via, nihil aliud respondit, quam quōd homines nescirent, quando prodire deberent cum galea. Simile quiddā Laētius ascribit Diogeni.

Lepidē

46 Aiebat se mirari, quōd quum statu arū artifices id summo studio connirentur, vt lapis q[uod] simillimus homini redderetur, nō pariter hoc curarent, ne ip[s]i lapidibus similes & viderentur

## APOPH. LIB. III. 94

& essent. Sunt autem qui putent Socratem, priusq[ue] ad ocium philosophia se- se conferret, statuarum opifice fuisse.

47 Adhortabatur iuuenes, vt se subin de ad speculū cōtuerentur, quōd si es- Cultus  
sent egregia corporis forma, cauerent animi, ne quid ea indignū cōmitterēt: sin mi- nus, quod corpori deesset, id ingenij cultu morūq[ue] honestate pensarent. Adeò vir ille vnde cung[ue], rapiebat oc- casiōnē ad virtutis studiū adhortandi.

48 Aduocarat diuites aliquot ad co- Simili-  
nam: ob id sollicita Xanthippe, q[uod] appa- ratus esset perq[ue] exiguis, bono animo antē fo- es, inquit. Nam si frugi temperantes q[uod] 24, apo- sunt, boni cōsulēt: sin minus, nulla no- bishorū cura debet esse. Hoc dilemma nobis meritō excuteret operosam & Fruga- sumptuosam ambitionē in excipiēdis litas

49 Dicebat, multos i hoc (cōuiuis. viuereyt ederēt biberēt q[uod], se cōtrā ob id edere ac bibere vt viuerset, q[uod] his re- LUXUS  
bs nō ad voluptatē, sed ad naturę ne- cescitatis vterēt. Hanc sententiam retu- lit Satyricus. Non viuas vt edas, sed e- das vt viuere possis.

go Eos q[uod] multitūdini impite fidē habe- bāt, aiebat p[ro]inde facere, ac si q[uod] tetra- Pecu- drachmū vnu cōtēnēs reuiceret, & acer nia- uū à similibus cōgestū pbaret, recipie- qualis- reit q[uod]. Cui nō fides soli, ei nihiloma- gis fidēlū, est in turba similiū. Nec n. referit q[uod] multi fint, sed q[uod] graues. Num- mus adulterinus etiā in quānis mag- no acero adulterinus est. Hoc aduer- sus turbā testū, & id ostiū vulgi iudicia p[ro] Quum Aeschines ambiret esse de-

## SOCRATIS

**Comi-** numero discipulorū Socratis, excusa-  
ter, q̄ verecūdē paupertatem suam, ag-  
molestē ferret, q̄ qui ceteri Socratis a-  
mici diuites multa largirentur, sibi ni-  
hil esset qđ daret prāter seipsum. An  
nō intelligis, inquit, q̄ magnū munus  
mūhi dederis, nīsi fortē te ipsum paruo  
estimas? Itaq; mihi cura erit, vt te tibi  
reddā meliorem q̄ acceperis. Alij Sophi-  
stæ quā meras nugas docerent, nullū  
admittebat discipulū nisi magna mer-  
cede. Socrates nihilominus libenter re-  
cepit inopem quā opulentos.

**Mors** 52 Quā quidam illi diceret, Athenien-  
se feste morti adiudicarunt. Et illos, inq-  
ue natura. Sentiens, non esse magnum ma-  
lum, si quis adigatur ad mortem, pau-  
lō pōst moriturus, etiam si nemo in-  
terficiat. Quanquam hoc dictum qui-  
dam ad Anaxagoram referunt.

**Mors** 53 Vxori muliebriter cōploranti dicē-  
tiq; Mi vir, innocens morieris. Quid,  
inquit, vxori, nū me nocentē mori mal-  
les? Mors bonorū ob hoc ipsum minus  
defenda est, q̄ prāter meritū occidun-  
tur: bis verò deplorandi sunt, qui ob  
mālefacta dant pœnas: sed longē mis-  
tius est, moruisse pœnas q̄ dedisse.

54 Eo die quo Socrates bibiturus era  
venenū, Apollodorus ei palliū multi  
pretij ad solatiū obtulit, vt eo indu-  
tus moreretur. At ille recusans donū,  
Quid, inquit, hoc mēū pallium quod  
viuenti cōuenit, mortuo non cōuenit.  
et: Damnās quoridam ambitionē, hoc  
mīro studio prouidentiū, vt q̄ honori  
facentissimū effrantur ac sepeliantur.

Nunti-

## APOHP. LIB. III.

55 Nuntiāt q̄ qdā de ipso malē lo-  
queret, Nimirum, inquit, nō didicit Mode-  
bene loqui: lingua morbum non ma-  
litiae tribuens, sed inficiat: nec ad se iu-

dicauit pertinere, quid de se dicerent,  
qui morbo animi, non iudicio loquūf.  
56 Quum Antisthenes Cynicus palliū  
haberet pertusum, idq; obuertens fis-  
suram omnibus daret inspiciendā. Per  
fissuram, inquit Socrates, palliū tui vi-  
deo tuam inanitatem: elegāter notās, glorie

turpiorem esse ambitionem ē vilitate sē.  
cultus, q̄ ex amictū splendido. Atque  
vtinam inter Christianos non sint mul-  
ti Antisthenes, qui sub vestē fusca, vi-  
li, sordidaq; plus calent gloria, q̄ alij  
diuites habeat in holosericis ac byssis.

57 Cuidā admirāti, q̄ nihil in eū (nis,  
commoueretur, à quo conuitijs inces-  
fabūt, Mihī, inquit, nō maledictū, qui  
doquidem ea quā dicit, mihi non ad-  
funt, nec in me hārent. At qui ob hāc  
causam hominum vulgus magis com-  
mouetur, si quid dicitur in immeren-  
tem. Boni quum malē audiū, sibi gra-  
tulantur, q̄ puri sint ab his malis quā  
ipsi impinguntur, nec in se dici inter-  
pretantur: nihilē magis, quām si quis  
oculorum errore Platonem appelleat  
Socratem, & in Socratem congerat ma-  
ledicta, si non maledictū Platoni, sed ei  
quem existimat esse Platonem.

58 Vetus comœdia solet nominatim  
in ciues dictiteria iacere. Horū libertatē  
quum plerique metuerent, Socrates di Malee  
cebat expedire, vt quis fernet illic sc̄ies dicu-  
sas uolens obijceret. Nam si quid, inqt,

17 dixerint

### SOCRATIS

dixerint in nos meritò reprehendendum, admoniti corrigemus, & profusament. si falso conuictum in nos iaculabuntur, nihil ad nos.

50 Socrates quem Xantippen diu rixat tem tulisset in aedibus, ac tandem fessus consedisset ante fores, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Ridentibus qui præteribat, & ipse Socrates arridebat, dicens, Faci le diuinabam, post tantum tonitru se quuturam pluuiam.

50 Alcibiadi demiranti, quod Xantippen supra modum rixosam domi perpetratur. Ego, inquit, iam pridem his sic affueui, ut non magis offendar, quia si rotz quæ aquam educit è puto stri dorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis, eundem qui quotidie audit, adeo molestè non fert, vt se audire nesciat.

“ Eadem simile quiddam dicenti, At tu, inquit Socrates, nonne domi tuę toleras gallinarū glöcientium strepitū?

Vxor quare scéda Tolero, inquit Alcibiades, sed gallinæ mihi pariunt oua pullosque. Et mihi, ait Socrates, mea Xatippe part liberos,

52 Sunt qui putent Socratem simul aluisse domi duas vxores, Myrtho & Xantippen. Proinde demirati cuidam in quem tandem vsum aleret duas mulieres, prefos tamen rixosas, nec eas domo exigeret. Haec, inquit, me domi docent tolerantia, qua mihi in publico vtedū est, harū mōribus exercitatus, cōmodius erat aliorū cōsuetudinē. Hic per-

Lepidē & leni  
ver.

Affus.  
tudo  
muti-  
gat.

Vxor  
quare  
scéda

Leni  
tas.

### APOPH. LIB. III. 94

51 Quum Xantippe in publico palli um marito detraxisset, ac familiares ad lenitas monerent, vt tantam iniuriā manu vlcisceretur, Pulchre, inquit, nimis ut nobis colluctantibus acclametis, alius, Hia Socrates, alio Eia Xantippe. Nā hu iusmodi vocibspectatores animat̄ os inter se commissos. Maluit autem vir sapiens, tolerantiae exemplum de se prebere, q̄ ridiculū exhibere spectaculum virti cum vxore concertatis.

52 Percontanti, quur Xantippen moribus incommodissimis feminā habet domi, dicebat, Sic habendam cōfūtudinem cū morosis vxoribus, quēadmodū q̄ se ad studiū equestre exercet, parat equos ingenij ferocioris, quos si subegerint, ac perpeti possint, ceteris vtuntur cōmodius: ita qui morosi cōiugis mores ferre didicerit, multo facilius cum quibuslibet habebit consuetudinem.

53 Quū Socrati Lysias orationem, quā in eius defensionē cōpofuerat, recitat, Præclarā, inquit, & elegans oratio est, sed nō conuenit Socrati. Erat enim forensi instituti aptior, quam philosopho, ac tali philosopho. Rursus Lysias percontanti, quur si bonam iudicaret orationem, putaret sibi non conuenire. Nonne, inquit, fieri potest, vt amictus aut calces elegas sit ac pulcher, qui tam alicui non conueniat? Hoc ipsū Valerius Maximus narrat odiōsius, minusq; Socratice. Sic enim Lysias respō disse memorat. Aufer quās istam. Nā ego si adduci possem, vt eam in ultimā scy

## SOCRATIS

ans Scythia solitudine perorarem, tū  
meipsum morte multādū cōcederē.

**Fiducia be-  
nefac-  
torum**  
“ Quum iudices inter se disceptarēt,  
qua p̄sona dignus esset Socrates, Ego,  
inquit, ob ea quā feci dignum me cen-  
so, qui publicitus alar in Prytaneo.  
Nam hoc honoris haberi solet, qui pre-  
clarē de repub. fuissent meriti. M. Tul-  
lius hoc refert lib. de Oratore primo,  
Erat, inquit, Athenis reo damnato, si  
fraus capitalis non esset, quasi p̄sona  
estimatio ex sententia quum iudicibus  
daretur, interrogabatur reus, quā qua-  
si estimationem commeruisse se maxi-  
mè confiteretur: quod quum interro-  
gatus Socrates esset, respondit, se me-  
ruiſe, vt amplissimis honoribus & pre-  
mijs decoratur, &c vt ei vicitus quoti-  
dianus publicè in Prytaneo præbere-  
tur: qui honos apud Græcos maxims  
habebatur. Cuius responſo iudices sic  
exasererunt, vt capitū hominem inno-  
centissimum condemnarent.

57 Xenophontem in Angiporto quo-  
dam Socrates habuit obuīum, quumq; vi-  
deret adolescentē rara indole, porre-  
sto baculo vetut ne preteriret: vbi cō-  
ſiterat, rogauit, vbi fierent, venderen-  
tur q; variae merces, quibus vulgo vtū  
tur homines: ad id quum prompte re-  
ſpondisset Xenophon, percontatus est,  
vbi homines fierent boni: cum adoles-  
cents respondisset ſe id nescire, Me igi-  
tur ſequere, inquit, vt hoc diſcas. Ex  
eo Xenophon coepit eſſe Socratis audi-  
**Cultus tor.** Abſurdū eſſe ſcire vbi parare que-  
animi aſhōdeſtū vefem, aut poculum, &

ignora-

## APOPH. LIB. III.

97

Ignorare vnde tibi comparare poſſis  
animi cultum.

58 Quondam pro foribus deambulā-  
ti contētius vñque ad vſperam: quū  
prætereuntū quispam dixiſſet. Quid Fruga-  
agis Socrates? Obſonū, inquit, mihi cō litas  
paro in ceenam: de famē ſentiens, quā Tuſc.  
agitacione corporis excitabat. M. Tul. quæſt.  
ſic explicat, Quo melius cœnem, ob- lib. 5.  
ſono ambulando famem.

59 Aiebat vnguentu reliquendafac-  
minis, in iuuenib⁹ nullum vnguentu  
tum melius olero quām oleum, quo in  
ter exercendum vtebantur. Nam ama-  
ricino, aut foliato, protinus idem o-  
lent ſeruus & ingenuus. Rogatus quid  
ſenes olero deceat, probitatē, inquit.  
Rogatus, vbi hoc vnguentum vendere  
tur, recitauit Theognidis carmen,  
Εδὴ δέ μη γένεται πάντας θλάψασι. Id  
eft. Qui bonus eft, ab eo bona diſce.  
Huius generis quædam congerit Xe-  
nophon in conuiuio.

60 Q V V M diues quidam filiū adō Orati-  
o leſcentiulum ad Socratem misiſſet, ſpecu-  
vit indolem illius inſpiceret, ac pāda-  
gogus diceret, Pater ad te ὁ Socrates  
milit filium, vt eum videres: tum Soca-  
tes ad puerum, Loquere igitur, inqt,  
adolescens, vt te videam: ſignificans,  
ingenium hominis non tam in vulta  
reducere, quām in oratione, quōd hoc  
fit certiſſimum minimēq; mendax ani-  
mi ſpeculum.

Fœſe

61 Dicebat muliebrem ſexum non mi ſexus  
nus eſſe docilem & ad diſciplinas, & ad oia  
ad omnem virtutem, etiam fortitudi-  
dociſilis

nem:

## SOCRATIS

mem: quæ tanquam viris propria, Graecis à viro dicitur à Αριστο, si diligenter instituat. Id collegit ex puella saltatricula, q̄ inducta in cōuiuum, mira arte trochos. xij. in alti plectros excipiebat, ita tēperato altitudinis spatio, numeris que pedū, vt nunq̄ falleret: eadē inter acutissimos gladios non sine horro respectantium, impauida saltaret.

72 Quum iret ab Agathone vocatus ad cōuiuum soleatus & vñctus, idq; præter morem, & ab amico quodā ob viro rogaretur, quur effet solito nitidior, ludens dixit, Ut pulcher eam ad pulchrum, quum nullus effet ab huiusmodi affectibus alienior.

73 Eo die quo bibiturus esset venenū, quū detractis cōpedibus ex frictu senisset voluptatem, dicebat amicis, Quām mirè hoc natura comparatur est, ut hę duę res sese inuicē contectur, voluptas ac dolor: nisi enī p̄ceſſisset molestia, nō sentirē hanc voluptatem.

74 Carceris ministrum porrigente in poculo cicutan interrogavit, quomodo sumendum effet pharmacum hoc, q̄ eius artis effet peritus: alludens ad ergotos, qui à medicis discunt, quando & quomodo oporteat sumere, qd ab illis temperatū est: quūq; puer respondisset semel totum hauriendum si posset, deinde tantisper inambulandum, donec sentiret grauedinē in cruribus, post in lecto decumbendū supino corpore, ibi pharmaci effectū qd solet. Socrates rogauit, liceretne inde aliquid libare, q̄ in cōuiuijs mos sit, effusa viti

## APOPH. LIB. III.

fusa vini portiūcula, nominatum alicui deo libare: minister respōdit, se tantū miscuisse, quātū ops effet: hoc sermōe innuens, nihil esse qd effunderet. Tū Socrates, sed & phas est, & oportet ora re deos, vt felix faustaq; sit hę mea mā

75 Quū puer illū detex̄sset, (gratio.

q̄ illi iam frigerent præcordia, Debellamus, inquit, ô Crito, gallū Aesculapius, tas in quē persoluere ne neglexeris: perinde morte, quasi sumpta potionē medica conuulsifet. Nā Crito hoc summis virib; cegerat, vt Socrates vitę suę consuleret. Adeo inerat illi viro nativa quedā vis urbanitatis, vt moriēs etiā iocaret. Nā hāc ferunt illi fuisse supremā vocem.

76 Docuit, animorum formā magis amandam q̄ corporū, eamq; voluptatē, quā in nobis gigant cōspecta formola facies, ad longē pulchriorem, sed latenter animi speciem esse trāferendam. Verum vt hanc videamus, philosophi cōsideremus opus esse. Notabat φ. 243 Grecam vocem anticipet esse ad osculandum & amandum, quorū prius est corpus amantiū, alterum mentem.

77 Critoni vehemēti studio suadēti, vt si vitā ipse suā negligeret, certē liberis More etiānū pārūulis, & amicis ab ipso pedē sanctis tibus se seruaret incolūmē, Liberi, inquit, deo qui mihi eos dedit curę erunt: amicos hinc discēdes inueniam vobis aut similes, aut etiā meliores, ne vestra qdē cōfuctudine diu cariturus, quādo qdē vos breui eodē estis cōmigraturi. 78 Eos q̄ corpus tantū amarent, similes esse aiebat medicis, qui semp egerent,

AMOR  
caſta

SOCRATIS

rent, semper instarent aliquid flagitantes: rursus qui amici essent potius quam amatores: similes esse his qui proprium fundum possiderent, quem semper student reddere meliorem. Amator suā quārit explorē voluntatem, amicus haudquāq ad se spectans, hoc se putat ditionē, quo meliorē reddiderit amicū.

79 In conuiuio apud Xenophonem singulis dicere iussis, quo artificio quo ve bono sibi praeципue placerent: quād ordo venisset ad Socratē, ioco dixit, se maximē gloriari de lenocinio: setiēs se tradere verā virtutē, quē potissimum commendat habentem, quāq; tum priuatum, tum publicē conciliat homini be neu lentiam & amorem.

80 Physiognomō, qui se profitebatur ex habitu corporis, & oris liniamentis posse hominis ingenium certo deprehendere, inspecto Socrate pronunciavit, illum esse hominem bardū ac stupidum, tum mulierosum, ac puerorū amoribus impurum, violentum, & intemperantem. Quum amici vehementer indignati minarentur homini, Socrates illos cohibuit dicens, Nihil, inquit, mētītus est, omnino talis eram futurus, nisi me philosophia gubernandum tradidisset.

81 Quum Aristippus Socratis discipulus ex quāstu, quem Socratiorum primus facere instituit, præceptor mihi sicut viginī minas, remisit illico Socrates ad illum pecuniam, dices, ipsius genium hoc nequaquam permittere. Dicēbat enim Socrates, sibi peculiarem esse d-

APOPH. LIB. III. 99

se dæmonem, à quo prohiberetur arcano signo, si quid tentaret parum honestū. Genii aut̄ illum opinor fuisse rationem. Atq; interim ciuiliter indicauit Aristippo, sibi non probari, quod philosophiam doceret mercede, eōq; donum ceu sacrilegio partii reiecit.

82 Socrates ē palestra redeuntem Euthydemum casu factus obuius, duxit Patiens ad cenā. Illis aut̄ inter se multa cōmenia. tantibus, Xantippe irata surrexit, multaque in maritum dixit conuictia, quibus quā ille nihil commoueretur, tandem & mensam subuertit. Quum autē Euthydemus valde perturbatus surgens abire cœpisset, Quid habes, inquit Socrates, Nonne nuper hoc idem accidit domi tua, vt gallina subuolās euerterit quā erant in mensa: Nos tamē ob id non indignabamur.

83 Quum in Aristophanis comœdia, cui titulus Nebula, multis & acerbis conuictiis profinderetur, & adstantiū quidā diceret, Non hec iniquo fers ani Comœmo Socrates? Non per louem, inquit, dialegre fero, si in theatro, perinde vt in bertas.

magnō conuiuio, salibus mordore. Mos hic etiam nunc durat apud quosdam Germanos, vt in celebribus conuiuijis adhibeat dicas aliquis, qui in conuiuas iaciatis scommata, quib; commoueri vehemente inciuile habetur.

84 Dicere solitus est, saltatione mouē Exerciti corpus spatioſa domo opus esse ad exercendum se: at qui cantu aut oratione se exerceat, huic vel stanti, vel morata, accumbenti quemuis locum sufficere.

Hoc

Leno-  
ciū.

Philo-  
sophia

naturā

mutat.

Pecu-  
nia cō-  
tēptus

## SOCRATIS

Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præfertim à cibo sumpto, turbulentiores imprebabant.

<sup>saf.</sup> 25 Socrati acrius obiurgantia familia rem quempia in conuiuio, Plato dixit, Nonne satius erat hec illi dixisse seorsum? Cui Socrates, Et an nō tu quoque reassis fecisses, si hēc mihi seorsum dixif es? Salsissimū taxauit hoc ipsū reprehēdendo committentem, quod reprehendebat.

<sup>Politie</sup> 26 Socrates in conuiuio videns adolescentem audiens vescerentē obsonio, ac subinde panem in ius immersentem, & conuiue, inquit, quis vestrum pano utitur pro obsonio, obsonio & pane? Hinc orta inter conuiuas disputatione, sensitiuensis & erubuit, capiqt; moderatus obsonio vesci.

<sup>Mod.</sup> 27 Rogatus quā effet præcipua iuuēnū virtus, Ut, inquit, ne quid nimium tentent. Nam calor atatus vix finit illos seruare modū. Huc Terentius spestatuit in iuuene Pamphylo.

<sup>Memo ria.</sup> 28 Literas quas vulgus putat reperitas iuuandæ memoriaz, dixit vehementer officere memoriaz. Olim enim hoīes si quid audissent, dignū cognitu, non libris, sed anima inscribebant: hac exercitatione confirmata memoria, facile te nebant q̄cūd volebāt, & qđ quisque sciebat, habebat in promptu. Post reperto literarum vñ, dum libris fidit, non perinde studuerunt animo infigere quod didicerant. Ita factum est, vt neglecto memoriaz cultu, minus viuenda esset regum cognitio, & pauciora quisq;

## APOPH. LIB. III.

quisque sciret: quandoquidem tantū scimus, quantū memoria tenemus.

29 Quum iam tempus vrgeret moriendo, rogatus à Critone, quo modo se peliri vellet, Multam, inquit, ô amici, operam frustra confumpsi, Critoni enim nostro nondum persuasi, me hinc auolaturum, neque quicquam mei relicturum. Veruntamen ô Crito, si me assūqui poteris, aut sicubi nactus eris, vt eaque tibi videtur sepelito. Sed mihi crede, nemo me vestrū quum hinc excessero cōsequetur. Senit Socrates, animum esse hominem, corpus nihil aliud esse, quam animi vel organum, vel domicilium. Eo'que stulte facere illos, qui solliciti sunt quomodo se peliantur.

30 Idem dicere solet, mortem esse similem profundō somno, aut diutinæ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnē sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium redditurus est.

31 Idem dicere solet, vt omnes oīm hoīm calamitates in vnum conferuntur, moxq; singulis ex eo aceruo portiones & quē distribuerentur, ita fore, vt suas quisque calamitates recipere malit, q̄ & quam ē cōmuni portionem. Hoc aduersus vulgares hominum mōres, qui alienæ inuident, suam deplorant sortem.

32 Didicit fidibus canere iam natura grandior inter pueros, id admirantib; velut absurdū, negavit absurdū esse, qđ nesciret ea discere. Nulli enim vi-

Anime immor talis.

Mors & som nus.

Sua cul q; fors displi cet.

tio ver-